680.1

BONI PASTORIS EXEMPLVM, AC SPECIMEN SINGVLARE.

Petro Franciſco Zino Veronenſi Auctore.

Num°. ccclxxxi



BIBLIOTECA NAZIONALE FIRENZE 1872

J. B.

VENETIIS,

Apud hæredes Melchioris Seſſæ.

M D LXXIII.

Epitaphium Io. Matthæi Giberti Pontificis Veronenſis.

Giberti venerator hic ſepulchrum,
Quem Ligur genuit Panormi in vrbe,
Roma nutriit, & diu regendi
Orbis participem beata vidit:
Dein Verona recepit, & magiſtrum
Synceræ pietatis, & parentem
Mirata eſt, nihil ille, quod beatam
Poſſet reddere ciuitatem, omiſit.
Nunc cælo fruitur beatus ipſe.

M. Antonij Flaminij.

Digitized by Google

PETRVS FRANCISCVS ZINVS IO. FRANCISCO STELLAE. S. D.

HOC commentariolo, quod tu, Io. Franciſce, ſuperioribus diebus in Britanniã profecturus à me tantopere flagitaſti, ſi minus expreſſam, adumbratã certè rationem illam animaduertes, qua vir optimus & ſapientiſsimus Epiſcopus Ioan. Matthæus Gibertus Diœceſim ſuam, dum hic viueret, adminiſtrauit: ex quo facilè perſpici poterit, quantum Chriſtianæ Reip. interſit, vt paſtores ipſi non per alios, ſed per ſe munere fungantur ſuo: hinc abſentes incitabuntur, vt ad greges ſuos reuertantur: præſentes, vt eos ne deſerant: rudes præclarum habebunt exemplar, quod imitentur: Periti ad æmulandum inflammabuntur. Omnes denique, quibus animarum cura demandata eſt, ex huius libelli lectione vtilitatis aliquid percipient. Quodſi reliquis ingratus fuerit, tibi certè, qui auctor extitiſti, vt è tenebris, in quibus multis iam annis iacuit, in lucem prodiret, gratum fore non dubito, lectiſsimo item viro Aloiſio Priulo, atq; adeò ipſi patrono noſtro, Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Cardinali Reginaldo Polo Apoſtolicæ ſedis Legato, non tam ob nouum Cantuarienſis Archiepiſcopatus onus, quod illi à Sanctiſsimo ac Beatiſsimo patre ac Domino no-

no noſtro Paulo. iiij. Pont. Max. impoſitum & commendatum eſt. Quid enim illi tam exiguo libello ſit opus, qui multis iuſtis voluminibus de boni paſtoris officio dotiſſimè diſputarit? Quem ob fructum, quem noui paſtores paſsim in Britanniæ regno, quòd nuper Philippi, & Mariæ Regum Chriſtianæ pietatis & orthodoxæ fidei amantiſsimorum auſpicijs in ſanctæ Romanæ eccleſię, tanquàm in dulciſsimę atque amantiſſimæ matris ſinum redijt, inde percipiēt, in primisq́;, quòd ipſi ſuauiſsimam hominis amiciſsimi Io. Matthæi Giberti Epiſcopi Veronenſis memoriam renouabit; qui cum anno ab hinc duodecimo ex hac miſera vita ad beatam & cœleſtem migrarit, nos eius amici diem hunc, quem ſemper acerbum, ſemper honoratum vbique habituri ſumus, Petri Contareni viri optimi & nobiliſsimi hortatu, Romæ in æde Diui Onophrij, iuſta illi ritè ac piè ſacris ſolennibus perſoluentes celebrauimus. Vale; Romæ III. Kal. Ianuarij. M D L V.

QVæ de Venetorum republica ſæpe uel legimus, vel audiuimus, fili, ea mihi curioſiùs inquirenti re ipſa maiora etiam comperta ſunt. Itaque ſic ego ſtatuo, hoc tempore nihil eſſe, quod hac rep. magis aut Italiam illuſtret, aut incorrumptam illam antiquitatem repræſentet. Eius dignitatem, potentiam, opes, & adminiſtrandi rationem ad te non grauarer perſcribere: ſed cum multi diligenter id munus ſint perſecuti, quorum monumenta apud te habes, & ſæpiſſimè (vt arbitror) perlegiſti: nuper autem vir quidam eadem diligentiùs fortaſſe, quàm cæteri, complexus ſit, hoc labore ſuperſedebo: tantùm operam dabo, vt quæ vir ille lingua ſua patria nuper edidit, ea quãprimùm ad te aut noſtratim, aut latina oratione expoſita perferantur: ego verò, quod tibi non minus gratum, vitæ quidem certè, quam inſtituiſti, vtilius futurum ſit, ipſe conficiam, vt ſcribam eccleſiaſticæ genus adminiſtrationis, quod in una huiuſce Reip. Ciuitate ſumma mea cum voluptate, & incredibili cum admiratione perſpexi. Quod ſi tibi in eo munere, quod hactenus propter ætatem per alios es executus, nũc autem obire per te, fauente Deo optimo. Maximo deliberaſti, tanquam exemplar ad imitandum propoſueris, futurum ſpero, ut melior, ac prudẽtior effectus, gregemque, qui ti-

bi creditus eſt, ſalubribus paſcens exemplis, & inſtitutis, & à luporum incurſibus ſeruans incolumẽ tandem ubi diuinus ille, & bonus omnium Paſtor Ieſus Chriſtus decreuit ouium ſuarum numerum recenſere, unà cum grege tuo ad dexteram ipſius collocatus optatiſſimam illam ac ſuauiſſimã uocem audias: Venite benedicti patris mei, poſſidere paratum uobis Regnum, &c. Sed iam ipſius rei ita naſcatur exordium.

CVM MIHI OB ea negocia, quibus hanc peregrinationem ſuſcepi, Veronæ neceſſe eſſet dies aliquot commorari, atque interim ipſius vrbis tum amplitudinem, amœnitatem, propugnacula, fluuium pontes, templa (eſt enim his rebus omnibus ornatiſſima:) tum ciuium ingenia, mores, & inſtituta ſtudioſiùs contemplarer, multa quidem me ſummopere delectarunt: ſed illud in primis mirifica quadam animum meum voluptate perfudit, quòd ea, quæ ad ſummi Dei cultum & religionem, quæ ad benè, beateq; viuendum, quæ ad mores hominum pertinent, adeò præclarè ſanctèq; reperi conſtituta, vt nihil vnquàm pulchrius viderim, nihil perfectius, nihil æquè numeris omnibus abſolutum. Itaque cum ſtatuiſſem hæc ipſa, quæ me tantopere delectarant, diligentiùs inquirere, ac propiùs intueri. Nec putarẽ fieri poſſe, quin eius corporis, cuius reliqua membra, tam apta, pulchraque viſa eſſent, caput ipſum lon-

longe pulcherrimum eſſet, ac præſtantiſſimum, Epiſcopi vitam, ingenium, ſtudia, familiares partim egomet exploraui, partim ex viris optimis eius actionum omnium peritiſſimis intellexi. Hæc autem ad te perſcripſi, vt haberes tanquàm viuum exemplar, vnde ſumeres inſtituta, quæ in tuo, tuorumque excolendis animis exerceres, nec poſſes negligentiæ culpam (vt ſæpe fit) in tempora, & mores hominum conijcere, cum videres non priſcis ſanctorum Patrum temporibus geſta fictave referri: ſed quæ hoc ipſo tempore gerantur, quæque mihi perſpecta exploratáque ſint, commemorari. Nec tamen ignoro, ea, quæ ſcribo, nec omnia, nec uno tempore confici præſtariq; poſſe, cum, ne ille quidem omnia aut breui, aut eodem tempore, ſed multa cum patientia, multiſque laboribus, opportunitates expectans, arripiens, atq; etiam pariens introduxerit. Verùm queadmodum plãtæ, quas ſolers ac laborioſus agricola transfert à proprio ſolo, nõ omnes æquè proueniunt: ſed partim intereunt, partim degenerant, æquales fructus nonnullæ, paucæ (ſi cura non deſit) maiores etiam ac meliores edunt: Ita ſi, fauente cœleſti gratia, in tuorum animis hæc inſtituta tanquam lecta quædam ſemina ac fœlices plantas depoſueris, ſtudioſeque ac diligenter in eam curam incubueris, ut coaleſcant, non dubito, quin ſi forte quædam propter varium ingeniorum, veluti cœli, mo

bi creditus eſt, ſalubribus paſcens exemplis, & inſtitutis, & à luporum incurſibus ſeruans incolumẽ tandem ubi diuinus ille, & bonus omnium Paſtor Ieſus Chriſtus decreuit ouium ſuarum numerum recenſere, unà cum grege tuo ad dexteram ipſius collocatus optatiſſimam illam ac ſuauiſſimã uocem audias: Venite benedicti patris mei, poſſidere paratum uobis Regnum, &c. Sed iam ipſius rei ita naſcatur exordium.

CVM MIHI OB ea negocia, quibus hanc peregrinationem ſuſcepi, Veronæ neceſſe eſſet dies aliquot commorari, atque interim ipſius vrbis, tum amplitudinem, amœnitatem, propugnacula, fluuium pontes, templa (eſt enim his rebus omnibus ornatiſſima:) tum ciuium ingenia, mores, & inſtituta ſtudioſiùs contemplarer, multa quidem me ſummopere delectarunt: ſed illud in primis mirifica quadam animum meum voluptate perfudit, quòd ea, quæ ad ſummi Dei cultum & religionem, quæ ad benè, beateq; viuendum, quæ ad mores hominum pertinent, adeò præclarè ſanctèq; reperi conſtituta, vt nihil vnquàm pulchrius viderim, nihil perfectius, nihil æquè numeris omnibus abſolutum. Itaque cum ſtatuiſſem hæc ipſa, quæ me tantopere delectarant, diligentiùs inquirere, ac propiùs intueri. Nec putarẽ fieri poſſe, quin eius corporis, cuius reliqua membra, tam apta, pulchraque viſa eſſent, caput ipſum lon-

longe pulcherrimum eſſet, ac præſtantiſſimum, Epiſcopi vitam, ingenium, ſtudia, familiares partim egomet exploraui, partim ex viris optimis eius actionum omnium peritiſſimis intellexi. Hæc autem ad te perſcripſi, vt haberes tanquàm viuum exemplar, vnde ſumeres inſtituta, quæ in tuo, tuorumque excolendis animis exerceres, nec poſſes negligentiæ culpam (vt ſæpe fit) in tempora, & mores hominum conijcere, cum videres non priſcis ſanctorum Patrum temporibus geſta fictave referri: ſed quæ hoc ipſo tempore gerantur, quæque mihi perſpecta explorataque ſint, commemorari. Nec tamen ignoro, ea, quæ ſcribo, nec omnia, nec uno tempore confici præſtariq; poſſe, cum, ne ille quidem omnia aut breui, aut eodem tempore, ſed multa cum patientia, multisque laboribus, opportunitates expectans, arripiens, atq; etiam pariens introduxerit. Verùm quẽadmodum plãtæ, quas ſolers ac laborioſus agricola transfert à proprio ſolo, nõ omnes æquè proueniunt: ſed partim intereunt, partim degenerant, æquales fructus nonnullæ, paucæ (ſi cura non deſit) maiores etiam ac meliores edunt: Ita ſi, fauente cœleſti gratia, in tuorum animis hæc inſtituta tanquam lecta quædam ſemina ac fœlices plantas depoſueris, ſtudioſeque ac diligenter in eam curam incubueris, ut coaleſcant, non dubito, quin ſi forte quædam propter varium ingeniorum, veluti cœli, mo

hoc ipſo tempore in eam vnam cogitationē incumbat, vt ſe, familiam, vniuerſumque gregem ſuum ſummo Deo gratiſſimos reddat, dubium non eſt, quin uoluntatem rectiſſimā habeat. quam faciliùs ut exequaē, domi uiros tum uitæ morumque ſanctitate, tū multo rerum uſu, literarumq; peritia præditos alit; quorū conſilio & opera in rebus & priuatis, & publicis utitur. Reliqui eius oēs domeſtici & familiares, ſiue honeſto, ſiue mediocri, ſiue etiā humili abiectoq; muneri deſtinati, tales sūt, vt ex illis etiā facilè poſſit, qualis ſit eorū dominus iudicari. Nemo enim eorum ludo, nemo comeſſationibus, nemo minus æquis voluptatib⁹ vacat. Id fortè cuipiam mirum videatur; ſed deſinet admirari, qui mirificam eius tū in eligendis, tum ēt in conſeruandis bonis familiaribus diligentiam intellexerit. Nemo enim in familiam recipitur, cuius de moribus & uita dubitetur. Quiſquis autem ingreditur, tantum abeſt, ut quas prius habebat uirtutes, amittat, ut eas etiam augeat & accumulet. Cū enim probitatē uideant in honore & precio eſſe, improbitatem inuiſam, & grauiter uindicari, qui boni ſunt ad colendam uirtutē & religionem alacriores fiunt: qui in occulto mali⁹, ad abijciendam omnem ex animis malitiam incitātur. Id autem eo facilius efficitur, quòd omnium uitiorum & ſcelerū fonte, & origine depulſo ocio, in exercitijs pro cuiuſq; officio cōuenietibus aſſiduè tenenē occupati. Preterea

terea q vniuerſæ familiæ pficiuntur, eiuſmodi ſunt, vt vel amanter cōmonētes, vel acriter caſtigantes, vel deniq; prudenter ad Epiſcopū deferētes faciles & bonos in officio contineāt, & malos nō ſināt in peius ruere, ſed ipſos aut reducant ad bonam frugē, aut certè domo, ne cęteri corrūpantur, eijciant. Ad hęc cum optime ſciat Epiſcopus, miſerā hanc hominis eſſe, dū hic viuimus, cōditionem, vt quotidie cadat, ac ſurgēs idētidē recidat, niſi crebris, firmiſq; adminiculis fulciatur, cumq; eorum, qui in mundi pelago ad peccatorum ſcopulos illiſa innocentiæ naui miſerè naufragium fecerunt, vnicum refugium ſit pœnitentiæ ſacramentum, & qui proſperè uidentur nauigare, niſi frequentium orationum uelis diuinas cœleſtis ſpiritus auras captent, & ſacratiſſimæ Euchariſtiæ ſacramento, tanquam ſacra quadam anchora innitantur, periculosè admodum ſe negociorum nauigationi committant: ſtatuit, vt laici familiares ſæpius in anno confeſſionis & communionis ſacramenta ſuſcipiant: quotidie autem & priuatim quiſque precibus incumbat, & vniuerſibus ſaltem cōueniant ſemel mane, cum ſacro interſunt, iterum veſperi, cum ſeptem pſalmos & alias preces præſente, atque adeò uoce & ſpiritu præcedente Epiſcopo, Domino Deo noſtro perſoluuntur. Poſtremò turpe putant, ſe gulæ, aut ſomno indulgere, diſidiamq; & ignauiam ſequi, cum Epiſcopum ac Dominū

ſuum

ſuum ſomni, cibiq; parciſſimum perpetuis cer nant vigilijs & laboribus diſtineri. Quieti nanque cum plurimum, ſeptem horas concedit: cibum in die bis capit, in quo ut munditiam diligit, ita delitias ſpernit. Miſſus ternos in mēſam eius inferri mos eſt, ternos ad ſummum vini cyathos, atque illos quidem mediocres, bibit. In prandio & item in cœna vix horę dimidium conſumitur. Quod quidem tempus omnino non perditur, ſi quidem animus interim ſacrorum librorum recitatione recreatur. Ocij prorſus vt in ſuis, ita in ſe ipſo eſt hoſtis acerrimus. Quocirca nunquam ceſſat. Semper enim aut in rebus diuinis, aut in legendo ſcribendove, eiſque, qui ſe adeunt, audiendis occupatur. Vtitur autem facili tum in ſcribēdo, reſcribendoque, tum in audiendo accedētes, cuiuſcunque ſint conditionis, benignitate. Nam cum ſemper omnibus facilis ad eum aditus pateat, tria tamen tempora huic rei præſcripta ſunt: Vnum mane, audito ſacro; & alterum ſtatim à prandio. Quibus in loco omnibus peruio, quicunque aliquid volunt, accedunt, eiſque ſe affabilem præbet. Hac tamen vtens dexteritate, vt pauperum tā agreſtium, quàm vrbanorum negocia prius expediat, quos quidem magna cum humanitate & patiētia audit, eorumque infortunia, miſerias, & calamitates verbis, conſilijs, opibus, quantum res & tempora patiuntur, ſubleuat, atq; ſuſtentat. Tertiū inter cœnā & quietem, quod

ſolis

ſolis domeſticis impenditur. Quo ſanè tempore & ſumptus, & negociorum, & ſui quiſque muneris rationem reddit. Tum ille, quæ rectè facta ſunt, laudat: quæ contrà, corrigenda, mutandaque præcipit. Quid in poſterum agendum, quid omittendum ſit, conſulit. Illud mihi nullo modo prætereundum videtur; quòd, vt miniſtris ac famulis ſuis pactas ſingulis menſibus mercedes enumerandas, ſic ab artificibus, & mercatoribus res, & opera præſenti pecunia ſumenda curat: idque non tam nullum, vt æs alienum contrahat, quàm vt nullam pauperis, aut cuiuſq; omnino mercedem apud ſe manere patiatur. Multa præterea eſſent in eius domeſtica adminiſtratione conſideranda: ſed quoniam ad maiora feſtinat oratio, hæc pauca dixiſſe ſufficiat. Tu fili chariſſime, ſi cupis ſubditos tuos optimos eſſe, da operam, vt te optimum eſſe cognoſcant. Sic enim tibi perſuadeas velim, qualis ipſe fueris, tales tuos domeſticos fore; domeſticis autem futuram eſſe ſimilem vniuerſam eorum multitudinem, tuæ ſubiecti erunt gubernationi. Domeſticam huius ſanctiſſimi preſulis curam ac ſolicitudinem audiſti, nunc ſummum eius in vniuerſa diœceſi regenda ſtudium, ac vigilantiam accipe.

Quoniam miſeris hiſce temporibus Epiſcoporum manus tot & temporalium, & ſpiritualium impedimẽtorũ laqueis vinctę ſunt, vt expeditè munere ſuo defungi nequeãt, magam diligen-

Digitized by Google

diligentiam adhibet, vt à ſummi Pontificis ſanctitate quam poteſt maximam auctoritatem obtineat, quo miſeras peccantium animas, multis varijſque uinculis illigatas, abſoluere poſſit & explicare. Sunt enim plurimi tam ex laicis, quàm ex religioſis (vt in tam multis prohibitionibus ex ſcelerata hominum vita licet conijcere) partim irregularitate & alijs cenſuris, partim matrimoniorum impedimentis, vt affinitatis, conſanguinitatis, cognationis ſpiritualis, machinationis in mortem, promiſſionis cum adulterio, & id genus alijs per multis adeò impliciti, vt eorum nonnulli in peccatis miſerè contabeſcant. Quibus, cum ipſi propter paupertatem non poſſint impenſas ſuſtinere, licèt & proceſſus formandus curetur, & diſpenſatio gratis offeratur: ab eis tamē impetrari vix poteſt, ut ad eam accipiendam proficiſcantur, niſi ſumptus etiam itineris ſuppeditetur. Omitto frequentes ſupplicationes, quas eiuſdem ſanctitati, & Reuerendiſſimo magno Pœnitentiario porrigit tā ꝓ hoc quàm ꝓ altero illo inceſtuoſo, nō ſolū in ſecūdo, & primo gradu, ſed etiā vbi nullus eſt gradus, & pro multis alijs nefandis impedimentis, quæ ille omnia more pij patris efficit, vt miſeri peccatores ſaltem in foro conſcientiæ liberati, aliquando tandem reſpirare poſſint ad cœlum.

Eadem in hæreticos, & religioſos apud Sereniſſimum

niſſimum Principem, Illuſtriſſimumque Senatum Venetum, & excellentiſſimos Decemuiros utitur ſedulitate. eorum auxilio dupliciter indiget: primùm ne multa, quæ ad meram curam ſpiritualem pertinent, impediantur, ſed potiùs ita confirmentur, ne fruſtra ipſorum ;expeditio Romæ ſit impetrata: tum, vt ea, quæ mixti ſunt fori, licet propter abuſum, & Epiſcoporum abſentiam & vt rectiùs curentur ita ſint abrogata, vt eorum ius nolint amplius ad eccleſiaſticos ptinere. Concedunt tamen ; vt abſurditates remoueantur, & res ſuam obtineant æquitatem. Hæc autem (ut video) talia, tam multaque ſunt, vt ſuſtineri uix poſſint, rectè autem omnia confici ne vix quidem. Verùm ſumma huius viri patientia, conſtantiaque perſpici poteſt, qui in tam ardua perpetuaq; difficultate nunquam deficiat. neque enim illi tam dolendum videtur ob multa, quæ nequeunt obtineri, quàm gaudendum ob pauca, quæ impetrantur: quæ ſatis multa videri debent, quãdo plura impetrari nõ poſſunt. Animus autem hominis tum demum aliquo modo conquieſcit, cũ negligentiam ſuã videt nõ eſſe cauſam quominus & cætera cõficiantur.

Quia vt Epiſcopi domum omnium totius ciuitatis familiarum, ita cathedralem eccleſiã cæterarum vniuerſæ diœceſis eccleſiarum exẽplum eſſe conuenit: non alienum erit, vt arbi

tror,

tror, ſi quod de Epiſcopi familia fecimus, idē de cathedrali eccleſia faciemus: vt priùs formam, rationem, & ordinem ipſius exponamus. Qua quidem in re ſi quædam ſuperiorum etiam huius ciuitatis Antiſtitum (multos enim ſanctiſſimos habuit) inſtituta recenſuero, nolim exiſtimes, me à propoſito ſuſceptoque negocio diſceſſiſſe. Neq; enim hoc ſcribendi munus ſuſcepi, vt vitam huius Epiſcopi contexerem: ſed vt te, fili, in adminiſtratione iſta tua rectis illius, & aliorum commemorandis actionibus adiuuarē. Quanquam id quoque ad præſentem Epiſcopum pertinebit. Si quidem non minus ſtudet, vt ab alijs piè præclarèque conſtituta confirmet, tueatur, ac meliora, quoad eius fieri poteſt, efficiat, quàm vt noua ipſe excogitet, atque conſtituat.

Templum igitur ipſum, quod ſatis amplū pulchrumque reperit, cum ob quædam impedimenta maius, vt optabat, fieri non liceret, pulchrius efficiendum curauit. Nam cum ligneis tabulis pauimentum antea tectū eſſet, nunc politis uarijſque lapidibus, atque marmoribus artificiosè congeſtis, magnificè ſtratum cernitur: Cumque & chorus ipſe reliquo corpori nec amplitudine, nec pulchritudine reſponderet, & locus vbi reponebatˉ ſacramētū Euchariſtiæ, ī angulo quodā viſeretˉ, chorū ipſum miro quodā artificio pulchriorē: ampliorēq;, ꝑ ꝓſonarū dignitate ſedib⁹ diſtīctū ita perſi-

perficiendum curauit, vt in medio tanquar
cor in pectore, & mentem in animo, ta
bernaculum ipſum, vbi ſacroſanctum Dom
ni Ieſu Chriſti corpus ponitur, continere
Quod quidem tabernaculum ex diuerſo a
precioſo marmore cryſtalloq; ſummo ſtudi
artificioq; confectum quatuor Angeli æne
ſupra maius altare, quod erectum eſt in me
dio choro, tanta cum maieſtate ſuſpenſun
tenent, vt deuotos & ſacerdotum & popul
animos (vt æquum eſt) concitet ad religionē
In hoc pulcherrimo templo, quoniam ea
quæ ad diuinum cultum pertinent, recti
ſimè meo quidem iudicio peraguntur, no
grauabor illa tibi paulò fuſius explicare.

Primum igitur, vt à minoribus ad maic
ra progrediar, xxiiij. Acolythi proborum
tum nobilium, tum mercatorum, & artif
cum filij ſunt inſtituti, qui vicenos quate
nos tritici modios quotannis accipiunt ſin
guli (ea ſumma duobus hominibus annuun
victum abundè præbet) & ueſtem terti
quoq̄ anno, ac neſcio quid pecuniȩ, grati
que in literis, & muſicis diligenter erudiuntu

Præterea magnus eſt numerus clericorū, qu
bus, & ſi nullum certū emolumētū aſſignatu
nonnunquam tamen adiumenta quædā exh
bentur. Illud certè non paruifaciendum ſem
habent, quòd gratuitis p̄ceptoribus in politic
ribus, ſacriſque literis. & in muſicis utuntur.

Ad hęc cū ſubſtituēdus eſt aliq̄s Acolyt⁹ e
eorun

eorum potiſſimum numero creari ſolet. qua quidem in re, & probitatis, & ingenij ad religionẽ propenſi, & eruditionis habetur ratio. Ex quo fit vt mutua quadam æmulatione ad bonos mores, literarumq; ſtudia, & optimam de ſe ſpem concitandam, tuendamq; prouocentur. Horum omnium habitus honeſtus, ac decens eſt, nec illis permittitur veſtimẽtis breuioribus, ac ſordidioribus vti, quæ ſpectantiũ oculos poſſint offendere. Epiſcopus vnà cum Canonicorum collegio maximam horum inſtitutionis, & vitæ curam gerit: eſt enim veluti ſeminarium, vnde per totam Diœceſim fructiferæ (vt ita dicam) plantæ diſtribuuntur. Proinde diligẽter prouidetur, vt optimos, & doctiſſimos habeant literarum, & muſicæ præceptores, qui, ne mores confundantur, neminem in ſcholas, qui non ſit clericus, admittũt. Præmium verò doctoribus nullũ certum conſtituitur, ſed nunc maius, nunc minus, pro eorum meritis & qualitate.

Præterea ſacerdotẽ illis præfecit Epiſcopus virum tum doctũ, tum probum, qui quotidie ex libris ſacris aliquid interpretetur, documenta quædã pro auditorũ ętate decerpens, quibus teneros eorum animos informet ad religionẽ. Idem ſacerdos orandi rationẽ docet, eorũ confeſſiones audit, eisq; ſacratiſſimã Euchariſtiam feſtis ſolennibus, & diebus Dominicis, vel ſaltem ſingulis menſibus cõmunicat.

Diluculo conueniunt quotidie Acolyti &

clerici ad gymnaſium, vbi ex quibuſdã Armarijs ſumpta ſuppellicea, quas Cottas appellãt, aptãt ſibi, atq; ita bini cum alio quodam ſacerdote, cui munus hoc mandatũ eſt, petunt eccleſiam cathedralem, ibiq; in capella beatæ Virgini dicata, ad eiuſdem Virginis honorẽ miſſam canunt magna cũ reuerentia, & aſtantis populi deuotione. Miſſa decantata, ſimiliter bini modeſtè ad gymnaſium reuertuntur, vbi, (quoniã diebus ferialibus nihil aliud agũt in eccleſia) reliquo diei tempore in literarum, & muſicæ ſtudiis, aliisq; piis exercitiis à p̃ceptoribus continentur.

Feſtis diebus Epiſcopum, aut eius Vicariũ, ſi fortè non adeſt Epiſcopus, ad concionem, ſi habetur concio: ſin minus, ad miſſam maiorem, itemq; ad veſperas, deducunt, & reducũt domum.

In choro modò canendi aſſiduitati incumbunt, modò quædam alia officia alacriter exequuntur, nimirum vt thuribula parent, cereos accenſos fereant, libros porrigant, ſcabellum, aut cathedram, vbi res poſcit, collocent. Hæc tamen officia non ſemper iidẽ, ſed modò hi, modò illi, mutatis vicibus, faciũt; Sic enim magiſter ceremoniarum iubet, vt & decus ſeruetur, & omnes diſcant ea, quæ ad eiuſmodi cultum ſpectant, efficere. Sic autem ſunt inſtituti, aut quoties audiũt, Gloria patri & c. aut ſacratiſſimum Domini Ieſu Chriſti, Beatæq; Virginis Mariæ nomẽ, ſtatim omnes honoris gratia

tia ſurgant, caput aperiant, & inclinent.

Epiſcopus, qui eorum & probitatis, & eruditionis maximam rationem habet, eos cum præceptoribus ad ſe diebus feſtis à prandio ſæpiſſimè iubet conuenire: quò pręſente tam de literarum ſtudiis, quàm de rebus ſpiritualibus interrogantur. Ex quo fit, vt alacriùs diſcant, & ea, quæ ſemel didicerint, fideliùs teneant; vt quando de ſe periculum faciẽdum ſit, poſſint pręclarum aliquod ſpecimẽ præbere, quo maius, & tutius præmiũ aſſequantur; ſciunt enim id multis aliis accidiſſe.

In primis prouidetur, vt ſine vitio honeſtè moderatèq; viuant, aſſiduique & ad miſſam quotidie veniant: & chorum, ludoſque literarios frequentent; eaque præſtent, quæ ſupra diximus, & alia multa. Prohibitum eſt illis choreis, & publicis ludis intereſſe. Cautum eſt etiam, ne aliò ſe, quàm in eccleſiam canendi cauſa conferant; neve laicorum vtantur familiaritate, aut ab vrbe auſint diſcedere ſine licentia Præfectorum.

Qui nulla iuſta cauſa impediẽte Beatæ Virginis ſacro non adſunt quotidie mane, ſtipendio quodam diurno, quod illis præbetur, carent. Quòd ſi ſæpius deſint officio ſuo, primùm quidem caſtigantur, & corripiuntur, Sin nulla reprehenſionis habita ratione in contumacia perſtent, tum verò illis reiectis, alij in eorum locum ſubſtituuntur.

Si quis inſtigante diabolo in inſigni quopiã

Digitized by Google

[redacted]

flagitio deprehenſus fuerit, ne ſe, indicta cauſa, mulctatum quæri poſſit; re diligenter explorata, & teſtibus confirmata, ab aliorum contubernio ſtatim expellitur, in eius locū alio ſubrogato. Neq; enim ſemel eiecto ſpes vlla relinquitur, vt amplius recipiatur; ſi quidē pro exiguo errore non fuiſſet expulſus, ſed tātùm admonitus, ac verberatus. Neceſſe autem putāt, vt in ſceleſtos, & flagitioſos eiuſmodi ſeuerę admodum animaduertatur, vt & meritas improbi pœnas luant, & eorum exemplo cæteri, qui adoleſcentię feruore in eiuſmodi peccata præcipites ruunt, cohibeantur.

Veſtimēta eorum tam interiora, quàm exteriora honeſta ſunt, & gradui cōuenientia. Etenim ſi tibialia, ſi diploides, aut calceos inciſos geſtarent, indutiuè more laicorum incederent, quæ ſibi penitus interdicta planè ſciūt, ſe aſperè puniendos, atq; etiam repudiandos eſſe non ambigerent.

Cautum eſt, vt decentem tonſuram (quam coronam, ſeu clericam dicūt) ſemper habeāt, & idcirco merces annua tonſori tribuitur, vt octauo quoq; die ad eos tondendos accedat.

Poſt feſtum natiuitatis beatæ Virginis vna pars, petita impetrataq; poteſtate, animi gratia, rus petunt, vbi ſe quindecim dierum ſpatio honeſtis voluptatibus oblectant, & recreant: Reliq interim nec miſſę quotidie ſummo mane, nec choro, & cæteris officijs deſunt, atq; hi viciſſim, illis reuerſis, & munere ſuo fungentibus,

bus,

Digitized by Google

bus, tantundem temporis animum ruſticanis oblectationibus relaxantes cõſumunt. Cauetur tamen, vt ruri quoque proborum hominum conſuetudine vtantur, ne per nimiam licentiam inſoleſcant: itaq; vicinarum eccleſiarum miniſtris negocium committitur, vt eorum, dum ibi verſantur, curam gerant.

Si quis autem præmijs inuitatus, aut ſponte ſe in prælati, aut ciuis alicuius familiam inſinuat, vt pedagogum agat, & liberos eius inſtituat, Acolythorum emolumento, & dignitate priuatur. Cum enim rationibus ſuis aliter conſuluerit, non eſt æquum, vt locum alterius occupet, præſertim cum nequeat inſtituendis pueris, aut alijs negotijs impeditus Acolythorum muneri ſatisfacere.

Quãdo ætate, & doctrina ita prouecti ſunt, vt videantur ſtudijs maioribus idonei, qui volunt ad vrbes, in quibus diſciplinarum omniũ ſtudia florent, vt Patauium videlicet, aut Bononiam ſeſe conferre, eis deni aurei quotannis enumerantur per ſeptem annos: primo tamen anno neſcio quid amplius ſuppeditatur, quo libros, & alias res neceſſarias ſibi parare poſſint; ea tamen lege hæc illis præbentur, vt & mores, & veſtitus clericales tueantur, & gerant, alioquin nihil eis omnino tribuitur.

Vt eccleſia poſſit aliquando vti eorum opera, & miniſterio, quos tanto ſtudio, & labore ac ſumptu educandos curauit; vbi annos legitimos impleuerũt, illis ſuadetur, vt velint ſa-

cros ordines ſuſcipere, collaq; ſuaui iugo ſer
tutis domini Ieſu Chriſti ſubmittere.
Si humanioribus literis tam expoliti, vt p
nè poſſint, quæ ſacris libris continentur, inte
ligere, ad altiora aut nolũt, aut valetudinis i
genijve imbecillitate nequeunt aſcendere, c
uenientibus modis & temporum interuall
ad ſacerdotium prouehuntur: atq; ita ſeruie
tes choro, & eas res, quas ſacri ordines poſt
lãt, exercentes, aliquẽ locum ex xij. de quibu
mox loquemur, aut aliquam Capellã, aut b
neficium conſequuntur; aut certè animum a
aliquod aliud honeſtum ſtudium applican
Quòd ſi ex hac tam laborioſa, diligẽtiq;, vt i
dicam, cultura, fructus tandẽ optatos, ac exp
ctatos naſci non videt, dolet ille quidem v
cem infęlicitatis humanæ, gratias agens Di
næ Maieſtati, quòd ad ipſius honorem ſe fec
rit tempus & operam collocare, & mente
eiuſmodi largitus ſit, vt nullis rebus aduer
velit à tam honeſto propoſito deſiſtere; ſed
men ſe vehementer etiam conſolatur, cum
nonnullis animaduertit, ſe laborem, & ſu
ptum minimè perdidiſſe.
Præter xxiiij. Acolythos, & multos ali
clericos, de quibus mentionem fecimus, ſu
alij ſex clerici, qui certos prouẽtus annuos h
bent: appellantur autem clerici à miſſis, ſi q
dem eorum officium eſt miſſas celebrantib
& canentibus miniſtrare. Quamobrem in h
parte abundè prouiſum erat eccleſiæ.
Verù

Verùm cum hac noſtra tempeſtate ad eiuſmodi homines perueniſſent hi tituli, quiſibi turpè ducerēt,ſuo officio fungi, atq; ita eccleſiæ minime ſatisfieret; impetratum eſt, vt ſex alijs clericis id negotij daretur cum annuo ſtipendio xviij.modiorum tritici, & veſte, qualis præbetur Acolythis.Sunt autem hi ſex clerici ferè pauperum filij. Habent prætereà diſcendi grāmaticam,muſicam, & ſacras literas facultatē.Quicquid enim ab officio ſuo temporis reliquum habent, rectè ſtudijs impendunt: eorū autem cura cum Theſaurario, tum alteri cuidam probo ſacerdoti eſt demandata.

Et queādmodum ſi ſuo deſint officio, aut flagris dignum aliquid admittant, pro meritis puniuntur, atq; etiam priuantur officio:ita qui benè ſe gerunt,nec merita carent laude,& in Acolythorum collegium coaptantur.

Hactenus de clericis dictum ſit;nunc ad ſacerdotes veniamus, & primùm ad manſionarios. Hi quatuor ſunt; eliguntur autē eiuſmodi,qui & literarum,& muſicæ diſciplina,& vitę,morūq; probitate, & corporis, (ſi fieri poteſt,)dignitate præcellant. Horū officium eſt feſtis diebus maiorē miſſam canere, quoties eā nec Epiſcopus canit, nec vllus Canonicus. Præterea,cum ſint chori moderatores, oportet,vt ingrediantur ipſi primi, præſertim hebdomadarius,qui & luminaria parāda,& libros ſuis locis collocandos curet: pſal.lect. &c.quæ dicenda ſunt, reperiat, notetq; ad eos etiam

pertinet, vt canonicis, cum miſſas canunt, tribuant aſſiſtentes, obſeruantes ea, quæ in Pontificali de aſſiſtentis officio cõtinentur. Vnus autem ex ipſis manſionarijs eſt magiſter cerimoniarũ. Eſt præterea magnus numerus Capellanorum, qui integritate, doctrina, magis, minusve idonei ſunt, quemadmodum diuerſi ſunt etiam illi, qui earum capellarũ iuſpatronatus, & collationem habent. Hi ferè omnes tenentur reſidentiam facere, miſſamque crebriùs, aut rariùs, prout ſingulorum capellæ ratio, & inſtitutio poſtulat, celebrare.

Sunt etiam xij. Capellani, qui ab ipſo numero xij. appellantur, quorum intereſt omnibus feſtis, & diebus aliquot ferialibus miſſam dicere, quotidie in choro reſidere. Hi præter reſidentiæ emolumentum octonos denos ſinguli quotannis aureos nũmos accipiũt, depromptos ex eodem loco, vnde ſalaria Præceptoribus, Acolytis, Cantoribus, exhibentur. Vocatur autem menſa Acolythorum, quam ab Eugenio Pontifice Maximo, qui fuerat Canonicus Veronenſis, inſtitutam fuiſſe dicunt.

Prediċti omnes mãſionarij, & capellani ad matutinum, ad maiorem miſſam, ad omnes deniq; horarias preces in eccleſia cathedrali publicè canendas tenentur accedere. ſi contrà fecerint notantur à punctatoribus. Sũt enim duo ex ipſorum numero iureiurãdo addicti, qui eos omnes, qui ſtatutis temporibus diuino cultui deſint, in libello quodam, vbi ſingu-

ſingulorum noĩa ſcripta ſunt, punctis ſignent.

Qui maiori miſſæ non interſunt, notantur, vt ſuprà dixi: qui verò, cũ anniuerſaria ꝓ mortuis celebrantur, maiori miſſæ decantandæ non adſunt, totius diei ſtipendium amittunt, licèt ad matutinũ, & ad alias ꝓces acceſſerint.

Si quis autem propter lõgiorem abſentiã, aut quòd propter opulentiorem Capellæ dotem reſidere dedignetur, quam debet, reſidẽtiam non præſtiterit, quotannis ab eius prouentibus aurei quinq; detrahuntur (niſi ſponte ſua id ipſe faciat) ac tribuuntur alicui, qui illius nomine chorum frequentet. Ex illorũ verò capellanorum numero, qui xij. appellantur, ſi quis diutiùs reſidendi officio nullo legitimo diſtentus impedimento deſit, ea dignitate priuatur, alio in eius locum, qui ſit aſſiduus, ſubrogato.

Quoniam nõnulli, qui intus in eccleſia ſint, tamen negligentia quadam nõ ingrediuntur priuſquam officium incœptum fuerit; cautũ eſt, vt qui ad principium matutini, veſperarũ, Miſſæ, & aliarum precum in chorum non introierint, punctis ita notentur, vt illius miſſæ, aut horę careant emolumento.

Chori præfectus ſacerdos prudens, & erudi tus, finitis veſperis, ſtatim matutini ſequentis lectiones diſtribuit, vt prælegentes priuatim, q poſtridie manè in choro lecturi ſunt, barbariſmos ſolœciſmosq; caueant, in quos facilè ſolent incidere, ſi imparati ad legẽdum accedũt.

Qui

Qui negligentia, arrogantia, ve legẽdo peccant, præſertim admoniti, grauiùs corriguntur, & caſtigantur.

Hebdomadarius, aut qui vicẽ illius gerit, niſi ad incipiendũ officium adfuerit, punctatur.

Omnes autem, qui reſidentiam facturi accedunt, aut eccleſiã induti ſuperpelliceis ingrediuntur, aut ea ſumunt in Sacrario, ex quibuſdam articulis, vbi reponũtur, atq; ita ſimul ac campana ſignũ eſt datum, ſine tumultu modeſtè intrant in chorum, ſalutatoq; & adorato domino Ieſu Chriſto, cuius ſacratiſſimum corpus (vt diximus) in medio choro ſuper maiore altari in pulcherrimo tabernaculo ſublime conſpicitur: ille, cuius intereſt, officium incipit, atq; ita cæteris reſpondentibus diſtinctè & appoſitè ad intelligendum celebratur.

Porrò quoniam nonnulli ſpecie quadam commoditatis adducti, officium nouum, impetrata tamen à ſummo Pontifice poteſtate, dicebant: in choro autem, credẽtes ſe muneri ſuo iam ſatisfeciſſe, cum cæteris canere negligebãt: admoniti ſunt, vt officio ordinario ne deſint: neq; enim ipſos, ſi cum cęteris cantare, quemadmodũ faciebant antea, deſiſtant, præſtare id, quod tenentur; & breui fore, vt, ſi plures (vt ſumus pleriq; omnes à labore ad deſidiam procliues) eorum exemplum ſequi perrexerint, chori miniſterium deſeratur.

Quotidie poſt ſextam ante maiorem miſſam litanię cum orationibus deuotè recitant.

Vigilijs

Vigilijs, & diebus Dominicis, ac alijs feſtis (niſi adſit Epiſcopus; tunc enim in choro id fit) ad capellam beatæ Virginis bini procedūt ad canēdam antiphonam, & orationem tempori conuenientes.

Anniuerſaria, & ſuffragia mortuorum dili gentiſſimè celebranda curantur; ideoq; maiorem quandam mulctam incurrunt, qui frequentes ad ea non conueniunt.

Vt verò omnis ignorantiæ cauſa penitus excludatur, ſtatutum eſt, vt die præcedēti, finitis ſancti, aut feriæ veſperis, veſperæ mortuorū dicantur, canteturq;, Libera &c. ſupra locum paratum, ſi mortuus ille, cuius anniuerſarium celebratur, propriam non habeat ſepulturam.

Præterea habent tabulam quandam, vbi legata, & anniuerſaria per ſingulos menſes, ac dies deſcripta ſunt.

Solet Epiſcopus ſæpe clam ad locum quendam ſeſe conferre, vnde reſidentes cernere poteſt, & audire.

Eius autem Vicarius diebus feſtis in chorum vadit ad maioris miſſæ ſacrificium, ad veſperas, & proceſſiones.

Curatur diligenter, vt in choro deuotio, atque ſilētiū ſeruetur: eaq; res adeò cuſtoditur, vt nemo, ne canonicus quidem audeat, dum ſacra celebrantur officia, è choro egredi, ac multò minus laicū vllū colloquendi gratia in chorum admittere. Quòd ſi quis vellet ante totius officij finem exire, perinde mulctaretur,

ac ſi

ac ſi reſidentiam non feciſſet. idē fit etiam in proceſſionibus. Si quis tamen aliqua legitima cauſa cogatur ante finem diſcedere, aut ſi vocetur à ſacriſta ad dicendam miſſam, accipit à punctatore diſcedendi poteſtatem.

Miſſę poſtridie celebrādę, pręſertim prima, ſecunda, tertia, & quarta certis Sacerdotibus pridie veſperi diſtribuuntur, qui, ſi præfinito tempore preſto non ſunt, præterquam quod alias ſuo tenētur officio ſatisfacere, mulctam tamen quandam incurrunt, propter offendiculum, quod eius culpa contigiſſet, niſi id Sacriſtæ ſedulitas euitaſſet; ſolet enim per alios eiuſmodi ſcandalis occurrere.

Quo autem quiſq; die teneatur miſſam dicere, facilè poteſt intelligi ex tabella quadā affixa parieti Theſaurariæ ſeu ſacriſtiæ, in qua omnium miſſarum, quæ ex capellarum inſtitutione dicendæ ſunt, ſeries continentur.

Cum miſſam celebraturi ad ſacriſtiam accedunt, ſi alicuius peccati ſibi conſcij volunt ſe Domino Deo per pœnitentiæ ſacramentum reconciliare, non deeſt confeſſorum copia ex reſidentibus fratribus, quibus id muneris ſit demandatum. Neque enim cuilibet licet confeſſiones audire, quemadmodum diximus ſuo loco.

Id autem ut faciliùs præſtent, vtq; antè miſſæ celebrationē deuota aliqua meditatione, & precatione poſſint animū ad tam cęleſte ſacrificiū excitare, duo ſunt loca ſacriſtiæ contigua

ua huic vni rei deſtinata, eſt item alius locus, in quo recens aqua mundaque linteamina ad bluendas tergendasq; manus continentur.

Tum lecta ordinataq; miſſa (ſic enim conſtitutum eſt) veſtimẽtis ſacerdotalibus, lineis, candidis, & alijs diuerſorum colorum tempori conuenientibus, induuntur.

Ac priuſquàm exeant è ſacrario, clericus à miſſis candelas accendit, & candidæ ceræ ferens intortium præcedit ad altare: alter autem clericus ampullas cum vino, & aqua, patinulamque, & linteolum ad manus abſtergendas affert. Sic igitur magna cum modeſtia ac deuotione procedunt, miſſamq; clara voce, diſtinctèq; pronunciant.

Omnes eundem ritum nempè Romanum in confeſſione facienda, eiſdemq; ceremonijs obſeruandis ſequũtur, vt in ordine miſſæ præcipitur, quem librum Epiſcopus, vt eũ quiſq; faciliùs intelligat & obſeruet, in linguam Italicam vertendum imprimendumque curauit. Hanc autem rationẽ, & ordinem in emittendis ſacerdotibus ad celebrandum obſeruat ſacriſta, vt ſemper bini ſaltem miſſam in eccleſia dicant, biniq; ſint in ſacrario parati, ac plures etiam, ſi plures ſolennitas poſtulet. Finita autem miſſa magna, & nona, quę ſtatim à miſſa magna pro commoditate ſacerdotum, qui diuerſis in locis magno inter ſe ſpatio diſtantibus habitant, canitur, ſacriſta ſaltem vnã miſſam celebrandã curat, vt tanto ſacrificio peregrini,

grini, & qui aliquo negocio fuerint impediti ne careant.

Sacerdotes peregrini ad celebrandũ neque in eccleſia cathedrali, neq; alibi admittuntur, niſi prius Vicario ſe præſentauerint, qui ſi cognoſcit eos non indignos, ideſt, non apoſtatas, non vagos, & ſi dimiſſorias à ſuis prælatis atq; ordinũ bullas oſtendãt, mãdat, vt eis à ſacriſta celebrandi poteſtas concedatur. Quòd ſi aliquam ob cauſam haud ita admittendi videantur, ac velint omnino, deuotionis gratia celebrare, ſemel tantùm in aliquo ſecreto loco celebrandi facultas præbetur. Nemini ſacriſta p̄mitteret, vt ſago, aut veſtimẽtis breuioribus, calceisve inciſis, aut alijs habitibus minus decẽtibus indutus ſe ad dicendã miſsã pararet.

Quotidie notat diligentiſſimè qui celebrãdi officio deſunt, idemq; faciunt punctatores.

Singulis menſibus, quoties quiſq; defuerit, ex pũctorum libello colligitur: ac toties qnq; ſolidorum Veronenſium mulctam incurrit, qui diebus ferialibus defuit: feſtis autem diebus mulcta duplicatur. Hæc autem pecuniæ ſumma ex mulctis collecta, tot miſſæ ab eis, qui non ſunt obligati, communi eleemoſyna celebrandę curantur, atq; ita diuino cultui abũdè conſulitur.

Capellani & altariſtæ æquæ portionis, aut omnium fructuum amiſſione ad debitũ miſſarum numerum per ſe, aut per alios exhibendum adiguntur.

Non-

Nonnullis plures capellas, aut altaria propter prouentuum tenuitatem ita permittitur poſſidere, vt quibus diebus duplices miſſas habent, per alium prouideant, vt ſatisfiat.

Ita fit, vt cathedralis eccleſia miſſis, quas undiq; confluenti populo ſubminiſtret, nunquam careat.

Solet Epiſcopus requirere, vt ex ijs, qui nuper creati ſunt, ſacerdotes, & ex alijs etiam (ſi eorum vtilitas ita ferat) nunc vnus, nunc alius diebus ferialibus, aut in Epiſcopatu, aut in eccleſia ſe pſente miſſam celebrent. Quoſq; aut nō ita benè legere, aut ceremonias non obſeruare, aut parū deuotos eſſe animaduertit, paternis admonitionibus corripit, vt in tanto ſacrificio ſe rectiùs gerant. Inde fit, vt ad ea, quæ poſtulat gradus ſacerdotalis, & negligētes incitentur, & ſtudioſi fient paratiores.

Vetitum eſt, ne miſſæ nouæ in plateis cum tibijs, choræis, opiparisq; conuiuijs celebrentur, quin potius vt moderata, quæ propinquis & religioſis hominibus exhibent, conuiuia ſancta aliqua concione, aut lectione, cōdiant.

Ad tollenda ſcādala, quæ aut ſenectutis, aut obliuionis, aut lippitudinis, aliave morbi cauſa contingebant: multis ſacerdotibus iuſſum eſt, vt abſtineant à miſſæ celebratione.

Quoniam æquum non eſt, vt temerè tantum ſacrificium paſſim impendatur; cautum eſt, ne presbyteri, aut fratres in laicorum domibus celebrent.

Quod

Quod tamen, quia difficile poterat imp
trari, neceſſe fuit, vt huic rei partim legitim
argumentis, quæ collecta impreſſaq; ſunt, pa
tim auctoritate à ſummi Pontificis Sanctit
te cōceſſa ſuperiore priuilegijs, quæ illi oſte
debant, prouideretur. Nec tamen infirmi h
neſtis conſolationum ſolatijs deſtituuntur.

Altaria, ſuper quæ ſacra celebrãtur, aut ip
ſacrata ſunt, aut altariolum, ſiue paruum la
dem conſecratum ſic incluſum, & coæqua
habent, vt nulla prorſus inæqualitas celebra
tem impediat. Nam propter pericula, quæ
cerdotibus ſolent cōtingere, non permittit
vt ſuper ſacratos lapides celebrent, qui alta
menſa ſint eminentiores.

Vt & munditia conſeruetur, & debitus h
nor altaribus habeatur, nemini licet biretu
ponere ſuper altare. Quin etiam cautum
vt vbiq; tela viridi, aliuſve coloris altaria
operiantur, vt ea cōuoluta, ſublataq; cum
cæleſte illud conuiuium acceditur, toba
candidæ è puluere, & omnibus ſordibus
tę reperiantur.

Quotannis tabula ſanctorum imprimi
vt omnes totius Diœceſis ſacerdotes eād
in perſoluendo officio, dicendaq; miſſa, &
lebrandis ſanctorum Epiſcoporum Verc
ſium ſolennitatibus rationē ſequantur.
autem ciuitas xxxvi. Epiſcopos habuit, qu
tæ ſanctitate, magniſq; virtutibus clari ad
ctorum numerum adſcripti ſunt.

Om

Omnes hi ſacerdotes, de quibus hactenus locuti ſumus, interiùs, exteriùsq; veſtimenta gerunt honeſtiſſima; tõſuramq;, ſiue clericã magnitudine decentẽ,atq; perſpicuã: neq; .n. illis aliter facere permitteretur. Hoc ãt de vniuerſis toti⁹ Diœceſis ſacerdotib⁹ dictũ velim.

Deambulationes in eccleſia Religioſis omnibus ſunt interdictę;idq; vt à laicis etiam obſeruetur, ſummum (vt æquum piumq; eſt) ſtudium ponitur.

Nemo ab vrbe diœceſive diſcedere auderet, niſi prius muneri ſuo, quale idcunq; ſit,vicarium aliquem conſtituiſſet. Alioquin in certam mulctam incurreret.

Nemo item auſit aliquam fęminam ad ſuã reiq; familiaris gubernationem aſſumere,niſi prius id magiſtratui denuntiarit, vt ipſius ætate, & moribus conſideratis,vtrum concedenda ſit, intelligatur.

Solet Epiſcopus horum cathedralis eccleſiæ ſacerdotum capitulum vnà cum Reuerendis Archipresbytero, & deputatis Canonicis conuocare, magnaq; diligentia minus obedientes inquirere, paternisq; admonitionibus caſtigare, & ad colendam honeſtatem, religionem ac pietatem cohortari. Quos autem imperitiores animaduertit, iubet vt ad certũ aliquem probum, & doctum ſacerdotem frequenter accedant, à quo & Breuiarij, & Miſſalij, & aliarum rerum ad ipſos pertinentium, vſum,atq; peritiam conſequantur.

Theſaurariatus officium, quando ille cuius intereſt, non exequitur, neceſſe eſt, vt per aliū curetur adminiſtrandum. Eligitur igitur vnus è ſacerdotibus ſupradictis, appellaturq; ſacriſta, cui tale tantumq; munus non committeretur, niſi priùs cautum exploratumq; eſſet, ipſum fidelem, humanum, ac patientē fore.

Hic mane primus in eccleſiam ingreditur, poſtremus ab ea diſcedit; clauesq; vaſorum argenteorum, & omnium paramentorū tenet. in ſacriſtia non ſinit deambulari, nec laicos ibi diutiùs nugantes commorari patiatur. Sacriſtiam, & altaria, quę ſunt in eccleſia, omnia, ſed in primis altare magnū candidis tobaleis, & pallijs varijs ornat pro temporum ſolemnitatumq; diuerſitate. Curat vt munda, puraq; ſint oīa, vtq; corporalia, & purificatoria, quorū habet magnū numerū, ſæpiſſimè mutētur.

Dat operam, vt hoſtiæ ab eo ſacerdote, cui ea de cauſa quotannis neſcio quot tritici modij præbentur, crebrò conficiantur. Ad hæc prouidet, vt vinum munditiæ cauſa ſit album & merum; ſic enim myſterium, cui paratur, videtur exigere. Clericorum item à miſſis curā habet, vt officium ſuum honeſtè, promptè, & alacriter faciant. Sacerdotum etiam mores, & ceremonias obſeruat, curatq;, vt per miniſtros eorū clericos obſeruent, & ad ſe deferāt.

Pro mulierū, & aliorū, etiam confitentium commodo, conſtituuntur in hac eccleſia pœnitentiarij Sacerdotes prudentia, ætate, ſcientiaq;

tiaq;

tiaq; præditi,qui ab omnibus caſibus reſeruatis abſoluendi poteſtatem habẽt,exceptis quibuſdam publicis,atq; nefarijs, quos ad Epiſcopum,aut eius Vicarium reijciunt.

Duobus autem illis diebus,in quibus indulgentia plenaria declaratur,quam huic eccleſię perpetuis futuris temporibus Epiſcopus impetrauit, maior pœnitentiariorum numerus tam regularium,quàm ſæcularium exhibetur.

Qm̃ nonnulli reperiuntur adeò ignorãtes, ac malitioſi,qui, cùm inſigni aliquo delicto premantur,facilè cõijcientes ab eo ſe ſine debita ſatisfactione à parochis ſuis non abſoluẽdos,ſolent ad pœnitentiarios, & ad alios religioſos,qui oĩum ꝯfeſſiones audiendi ptãtem habẽt,accedere,ab eisq; veritatis,& vitæ ipſorũ ignaris per dolum abſolutionis ſignũ impetrare:Cautũ eſt,mandatũq; ſingulis parochis, vt eiuſmodi ſigna,atq; chirographa pro nihilo ducant,niſi delinquentes ad eã pœnitentiã ſatisfactionemq; paratos viderint, quam eos ipſi & poſſe,& debere præſtare iudicauerint.

Cãpanarij in hac eccleſia ſunt quatuor,homines frugi,vt vitæ probæ,ad quos licèt in primis cãpanas pulſare pertineat, ſub lucẽ videlicet,horæ dimidiũ ad matutinũ,horæ dimidiũ ante tertiam,ſextam,& miſſam magnam,tantundemq; ſpatij ad veſperas;nonnulla tamen præterea ad chorum,ad ſacriſtiam, & ad eccleſiam pertinentia curant. In choro enim, cum eſt affuturus Epiſcopus,eius ſedile parãt,

 & exor-

& exornãt, Aulea & tapetia diebus ſolemnibus locis ſuis affigunt, libros manſionariorũ iuſſu commutant, ſedilia verrunt, oſtium chori cuſtodiunt, ne aut ab indignis hominibus occupentur loca, vbi nobiles viri ſunt conſeſſuri, aut tam multi ingrediantur, vt clericorũ ſedes, illis excluſis, confuſeve (quod minime decorum videatur) conſidentibus impediantur. In ſacriſtia autem lampadem quotidie, & ignem diebus feſtis tantum, æſtate pro thuribulo, quotidie verò per hyemem accendũt; à ſacriſtiæ tapetibus, & aulæis puluerem excutiunt, aquæ ſanctæ labellum, vt mundum ſit, faciunt; ſacriſtiam & loca illi contigua verrũt. In eccleſia porrò temporibus ſuis fores aperiunt, & claudunt. Curant, vt lampadarium perpetuò ardeat; & aquæ ſanctæ labella ſint pura, quam bis, terve ſingulis hebdomadis mutant. Cauent, ne concionis tempore tumultus fiat, vtque ſcabella ſediliaq; locis ſuis ſint poſita, & à puluere defenſa. Tempore quadrageſimæ ſeptum quoddam tabularum, ita collocant in eccleſia, vt inter concionandum mulieres à viris ſeparatæ mutuo ſe ſpectare nõ poſſint. Non permittunt (quanuis id muneris alij ſit aſſignatum) vt quæſtus gratia quiſquam modò huc, modò illuc per eccleſiã uolitet; Organiſtæ canẽti diebus feſtis, & quoties oportet, mutandis follibus operam nauant. Iidem ſunt publici ſatellites, & apparitores, ideoq;, quando cauſas publicè audit Epiſcopus,

pus, aut eius Vicarius ius dicit, aſſiſtunt, carceres cuſtodiunt; in hoc autem apparitorum, & campanariorum officio oportet, vt ſeſe gerant ſecundùm leges, & ęquitatem.

In eccleſia cathedrali omnibus ferè diebus feſtis loco Epiſcopi Religioſus aliquis & vitæ ſanctitate, & probatę ſcientiæ diſciplina ornatus, relictis verborum phaleris, & rerum nouarum vanitatibus, ſimpliciter, & ſyncerè ad audientium vtilitatem, & ſalutem concionatur. quò tamē Epiſcopus etiam comitantibus Canonicis, Presbyteris, & Acolythis, ac clericis ad audiendum accedit.

In templo autem quodam cathedrali eccleſiæ vicino curat Epiſcopus, vt diebus ferialibus à ſimili aliquo religioſo, aut ſumma Caietana, aut diuus Thomas in quartum ſententiarum, aut alia eiuſmodi opera tam facilè ſine quęſtionibus explanetur, vt à quolibet intelligi poſſint. Illud autem ad audiendum cōueniunt plurimi ſacerdotes tam curati, q̃ non curati; & permulti optimæ ſpei adoleſcentes, qui ad religionis cultum inſtituuntur.

His paucis, vt quæq; occurrebat, cathedralis eccleſię rationibus enarratis, ſequitur, vt de alijs itē eccleſijs, & parochijs dicamus. Quicquid autem de illis, quæ in vrbe ſunt, dicetur, idem de illis, quæ ſunt ruri, dictum intelligas velim. Eadem.n. ferè in vtriſq; ratio ſeruatur.

Omnem igitur, quā poteſt ac debet, Epiſcopus diligentiam nititur adhibere, vt, cum res

tempusq́; poſcit, vt conſecrentur ſacerdotes, quoniam eos in munere paſtorali tāq̄ ſocios eſt habiturus: tales ad eū gradum proueħat, q & vitæ ſcientiæ integritate ſuis ſint ouibus profuturi. vult autem vt per ſe, non per alium proprio quiſq; beneficio ſeruiat, niſi eius opera, aut ad cathedralis eccleſiæ miniſterium, aut ad aliquod aliud publicum munus tanquā vtilis, & neceſſaria requiratur.

Horum exemplo, & aſſidua Epiſcopi ſolicitudine nonnulli, quibus antea conſultū fuerat, in proprijs beneficijs degentes nō deſūnt officio ſuo.

Si eccleſiarum, quæ curam habent animarum, domini aut nō ſunt ſacerdotes, aut ſunt ad eas regendas minus apti; eis iniungit, vt 25. aut 30. pluriumve, aut paucioru pro numero animarum, beneficijq́; prouentu, ducatorum ſalario capellanum idoneum aſſumant.

Nulli aūt nec labori, nec diligentiæ parcit, vt ad eiuſmodi munera ſacerdotes, & moribus, & doctrina accommodatos inueniat. licèt.n. hac in re magnis curis, ac difficultatibus afficiatur, maiorem tamē accipit animo volu ptatē, cū & gregis, & eorum ſimul, ad quos ea cura ſpectabat, ſaluti videt conſultum eſſe.

Itaq; licèt vndiq; ſacerdotes conquirat, nullum tamen omnino ſine bullis ordinum, eiuſque ordinarij literis admittit; has qui ſtatim oſtēdit, aut breui ſe oſtenſurū promittit, examinatur, ac ſi in eiuſmodi negotio peritus inuenia-

inueniatur, aliquo benè anteactę vitę teſtimonio exhibito, ſic ad curandas animas admittitur, vt interim pluribus ex locis, vbi ſit cõmoratus, certiora de moribus ipſius inquirantur: atque ita pro eorum, quæ deferuntur ratione, magis, aut minus obſeruatur. Quòd ſi ita ſe gerat, vt tolerabilis ſit, toleratur. ſin minus, admonitus, & correctus (vt æquum eſt) dimittitur.

Si verò non admodum illi quidem idonei ſint, ſed tamen bonam ſpem & indolem prę ſeferant, propter magnam optimorum ſacerdotum penuriam alicui ſcholę, capellęve, aut loco ſine cura, vt ſimplices capellani tantummodo ad celebrandam miſſam cũ ſalario xx. ducatorum aſſignantur, commendanturque vicino cuipiam ſacerdoti, qui eos in rebus ad animarum regimen pertinentibus inſtituat: quòd ſi proficere videantur, ad altiores gradus prouehuntur.

Hac enim Epiſcopus erga ſacerdotes, q in ipſius diœceſim veniũt, bonitate vtitur, & charitate, vt omnium curam ſuſcipiat; eorum maximè, qui ſint imperitiores, tribuens illis probos peritoſque ſacerdotes, à quibus veluti à pceptoribus, ea, quę ſacerdotũ intereſt, diſcant: præcipienſque, vt ſummã Antoninam Ordinarium miſſę, Tabulam chriſtianæ religionis, librum cathecuminorum, & quoſdam alios libros emant, ex quibus fieri poſſint inſtructiores.

Hos igitur, & alios illis libros legendos re

legendoſq; committit, vt eorum aliquando opera in diuino cultu, aut pro ſe, aut pro illis, q̃ ſuffragatoribus indigent, vti poſſit. Ipſos aūtē pro locorū interuallis, aut ſæpiùs, aut rariùs acc erſi iubet, vt ſtudiorū ſuorū rõnem reddant. Quos aūt à procuratoribus vicarijſq;, à quibus nūc his, nūc illis de rebus interrogant, intelligit ꝑfeciſſe, debitis laudibus & præmijs, ꝓ cuiuſq; meritis ætateq; afficiēdos: quos promouiſſe nihil animaduertit, aut dimittendos, aut certè propter ipſorum, ſi minus doctam, probam ſaltem vitæ rationem, tolerandos curat.

Sacerdotes autē curati tempore quodā opportuno frequenter Epiſcopum adeunt: vult enim quotidie cum aliquo ipſorum colloqui, vt intelligens, quomodo ſe res cuiuſque parochiæ habeant, earum conſulat neceſſitatibus.

Quo faciliùs autem debitam animarum curam exequantur, mandat, ut gregē ſuum quiſque diligenter agnoſcat atq; recenſeat; vniuerſæq; parochię numerum animarum teneat, vt quot in vnaquaq; familia per ætatem oporteat quotannis corpus domini ſuſcipere nō ignoret. Itaq; binos ſinguli codices habent: In vno omnium qui ad ſuam curam pertinent, nomina pulchro faciliq; ordine deſcribunt; In altero notant eos, qui baptizantur quotidie, compatresq; & cōmatres, qui ne plures ſint quàm duo, ſtatutum eſt, vtq; chriſtianè viuant; alioqui ſi ea laborarent infamia, quòd nollent cōfiteri; non admitterentur.

Ab his

Ab his requirit Epiſcopus, qui tempore paſchali confeſſionis Euchariſtiæq; ſacramenta ſuſcipere recuſarint; eoſque per ipſos parechos amanter paternèque commonendos in viamq; reducendos curat. Quòd ſi chriſtianis admonitionibus, ſaniſque conſilijs parere nolint, ad magiſtratum deferuntur, qui eos item corripit & expectat: denique nihil non facit, quo tandem aliquando reſipiſcant.

In hoc autem tam graui tantiq; pōderis negocio pro miſerorum ſalute, ſacerdotumque ſubleuatione Epiſcopus ipſe mādat ac iubet; vt Vicarius cæteriq; ipſius procuratores hanc præcipuè curam habeant, & in ſingulis parochijs eorum nomina in ſcriptis tenentes, nunquam ceſſent, quoad eos & clementia, & precibus, & exhortationibus, ſublatis inimicitiarum, concubinatus, aliarumq; rerum impedimentis, cū domino Deo reducāt in gratiam, ſanctæq; eccleſię obedientes efficiāt. Quòd ſi ſpernētes hæc omnia in peccatis obſtinatè pſtiterint, vt nullum miſericordię officijque genus relinquatur, chriſtianorū cōſuetudine, bonisq; omnibus interdicuntur, atq; excōmunicant, ſeruatis ſeruandis, ſi res patia.; ſin minus, id certè prouidetur, vt in eccleſiā, dum viuunt in eiuſmodi contumacia non admittantur: ac ſi priuſquā ſe emēdauerint, è vita diſceſſerint, eccleſiaſtica ſepultura, nulla aut familię, aut dignitatis habita ratione, omnino denegatur.

Quotānis autē pro executione cap. Omnes

vtriuſq;

vtriuſq; ſexus, &c.de pœni. & remiſſ.cõtra nõ confeſſos edictum generale proponitur, non quòd res eiuſmodi optetur, ſed vt ſi fortè con tingerit, ex eo terror cæteris inijciaẽ. Hæc igiẽ aliaq; remedia, qbus ſancta mater eccleſia vtitur, ſic adhibentur, vt auxilium etiam, ſi opus ſit, à ſæculari magiſtratu requiratur, vt infælices peccatores aut amore Dei, aut pœnę formidine errores ſuos agnoſcant, abijciãt, ac reuertantur ad dominum.

Hos autem tanq̃ membra debiliora vult, vt parochi frequentiùs curent, & foueant, ne ad vomitũ redeant: hortantes, vt ſæpe confitean tur atq; communicent. Nullum eſt enim hoc fortius vtiliusq; remediũ, vt & ſanenẽ ægroti, & ſani confirmenẽ. Sic igitur auxiliante diuina gratia, factũ video, vt multi ſæpiùs in anno pœnitẽtiæ, euchariſtięq; ſacramenta ſuſcipiãt. Solẽnitatibus verò Spiritus ſancti, beatę Virgi nis, omnium Sanctorum, natiuitatis Domini tot cõſpiciuntur ad ſacroſanctum altaris conuiuium confluere, quot in die reſurrectionis.

Diebus feſtis pleriq; omnes parochi, ſi ſint idonei, poſt offertorium, ſinę vlla oſtentatione, amanter, ſyncerèque, & appoſite ad auditorum ædificationem declarant euangelium.

Multi ẽt ex ijs, qui paulò plus doctrinę chari tatiſq; habẽt, pter officiũ, quod mane præſtite runt, poſt veſperas, quę in omnibus ferè parochijs celebrantur, aut x. pcepta interpretantur, aut propoſitionem aliquam ſpiritualem, quæ

vtilis

vtilis opportunaq; videatur, aſſumũt.Quòd ſi haud ita idonei ſint,Antoninã (aut aliquẽ aliũ auctorẽ,vt res,tẽporaq; poſtulãt)nũc vbi decalogus,nũc vbi ſacramẽta, virtuteſque tractantur, ex libro populis legunt clara voce; exceptis quibuſdam locis, quæ prætermittenda eſſe honeſtis de cauſis Epiſcopus iudicauit.

Nunquã non admonent, vt aſſidui diligenteſq; ſint viſitãdis infirmis, debitas illis exhortationes, & officia præbentes, promptèq; die noctuq; ſacramenta afferentes, vbi, & quãdo neceſſe eſt.

Si q̃s pauperculus morit̃, ꝯueniũt vicini ſacerdotes, eiq; ſine ſumptu funus honorificũ benignè curãt;cũ tñ & priùs ægrotantẽ inuiſerint,& ꝓ facultatibus adiuuarint, alijſq; hominibus ꝓbis cõmẽdarint,q nulla re neceſſaria illũ ꝑmiſerint indigere,qđ in hac ciuitate facilè ꝓſtat̃, pp charitatis ſocietatẽ, de qua dicemus ſuo loco.Hæc.n.pauperibus infirmis & medicos,& medicinas gratis exhibet.Qđ ſi hęc omnia illos deficiant ad paſtorẽ ſuũ, ꝯfugiunt,à quo planè ſciũt certũ ſibi ꝓſidiũ paratum iri.

Pauperũ pudentiũ curã ita ſuſcipiũt, vt eos Præfectis ſocietatis charitatis,vel priuato cuipiam,quẽ ſciant ad eiuſmodi officia prõptum eſſe, commendent, vel pro ipſis in eccleſia à populo diebus feſtis eleemoſinas corrogent.

Inopes,viduas,pupilloſq; ab oppugnationibꝰ,& p ſe, & p alios ꝓbos hoĩes, & aduocatos defendũt.Pupillos verò ꝓ cuiuſq; natura, aut ĩ

literis,

literis, aut in aliquo artificio, quo ſibi quær
re victum poſſint, inſtituendos curant.

In primis autem ſtudioſè cauent, ne pau
res virgines, aut victus, aut eorum, à quibus
bernentur inopia præcipites ruant; dant
operam vnà cum alijs probis hominibus
honeſtè nubant, vtque aut tota, aut aliqua
parte dos ſuppeditetur.

Sarta tecta ſuarum ædium tuentur, ſtudo
que, vt mundæ, ornatæque ſint, calicibus
& alijs rebus neceſſarijs, & ad cultum d
num pertinentibus inſtructæ.

Vt in eccleſia cathedrali, ſic in vniuerſa d
ceſi ſacroſanctum domini Ieſu Chriſti c
pus ſupra maius altare collocatum cernit
quò primus (vt æquum eſt) illius aſpectus in
dientium in eccleſiam oculis offeratur. Se
tur autem vaſculum ipſius in tabernaculo
gno ligneo artificioſè confecto, & aliquo
chro velamine cooperto, cuius clauis in
crario, aliove loco tuto cuſtoditur.

Quoties hoc precioſiſſimum ſacramē
ad aliquē infirmum deferre oportet, vicin
pana ſignum datur, vt ad illud comitandu
qui volunt, accedāt, baldachinum, vt mos
& luminaria, pulchramque latermā max
cum reuerentia, & deuotione perferen
Quoniam verò ea, quam ſuprà dixi, adhib
diligentia, hoc ferè ſemper mane fit.

Idcircò corporis domini Ieſu Chriſti ſo
tas in omnibus parochijs eſt inſtituta, vt

tum ſacramentum, eiusque altare luminibus, alijsque ornamentis ad religionem, & deuotionem omnium decoretur.

Pro reliquis ſacramētis cōſtitutus eſt locus aptus, atq; cōueniens in ipſo ſacrario cū capſulis nuceis, ampullisque ſtanneis; literarum ſigno diſtinctis, & clauibus clauſis, cum decenti vaſculo pro infirmorū oleo ſolo in ſuo vaſe, aut honorifico aliquo velamine cooperto. Circa ipſorum autem adminiſtrationem eadem ab omnibus ratio ſeruatur; propterea enim ſuprà dictum librum Epiſcopus imprimendum curauit.

In ſacro fonte baptiſmatis, in loco ob eam rem parato, in ſuprema parte cuiuſdam ornamenti (id ciboriū vocant) quod ſuprà omnes ſacros fontes fieri iuſſit, bina sūt vaſcula: Vnū pro cathecuminorum oleo, Alterum pro ſancto chriſmate; & patinula quædam vitrea ad fundendam aquam, quæ ſuper tabellam quandam reponitur, aut clauo ita ſuſpenditur, ne iaceat in ipſo fonte, qui clauſus, ab omnique ſorde remotus cuſtoditur.

Pro confeſſione præſertim mulierum, confeſſorium eiuſmodi inuentum eſt, vt ſacerdotes, mulieresq; ſe mutuo nequeant intueri: id autem in omnibus parochijs in loco aperto conſpicitur. Eſt enim ferè ita cōfectum, vt nō ſolùm honeſtati, ſed etiam eccleſię pulchritudini ſeruiat. Hoc autem munere confeſſiones audiendi ſuperpelliceis induti funguntur.

Vbi

Digitized by Google

Vbi prouentus eccleſiæ patitur, clericos habent, qui in habitu conuenienti, & ſuperpelliceis induti, præſertim in rebus publicis miniſtrant, aut quoties ſacratiſſimũ Chriſti corpus comitari oportet, aut crucem in exequiis mortuorum, & in proceſſionibus geſtare.

Non permittitur laicis, vt altaribus, aut ſacro fonti baptiſmatis, vt mos erat, irreuerenter innitantur, & hæreant; ſed deuotè ſacris, & diuinis officiis interſunt: nec in eccleſię limine cum armis ſtant, ſed illis extra eccleſiam relictis ingrediuntur, & miſſas, ac preces audiunt in loco à mulieribus ſeparato.

Quod autem ad fratrum monaſteria pertinet, pro maiore, aut minore in regularum obſeruãtia, & hìc, & vbiq; ſunt aut magis, aut minus boni: pro melioribus haud multum negotij eſt, vt probè ſe gerant, cæteri autẽ, nihil non fit, quo ſi minus omnia, aliqua ſaltem ex parte, ea, quæ debent, exequantur: & ſi populũ bono vitæ exemplo non ædificant, nullam ſaltẽ offendiculi, ruinæq; cauſam præbeant. Hac quidẽ in parte multum laboris, negotijq; ſuſtinetur, nihil tamen pro viribus omittitur. Itaq; datur opera, vt fraterculi pro ipſorum regulis benè, religioſèq; educentur, & erudiantur.

Excitantur ad memoriam eccleſiæ, choriq; & obligationum, ac piarum, quas defuncti teſtati ſint, voluntatum, vt eas præſtent, atque conficiant. Societatum item, ſiue fraternitatum, quæ ſunt in eccleſia, vt eas ne diripi ſinant,

nant, ſed rectè faciant adminiſtrari.

Admonentur, vt ocium fugiant, ne bonas horas in eccleſia, clauſtrisve cum laicis confabulantes malè perdant; ne vagi per vrbem volitent, ſed re potiùs clauſtralium nomen obſeruantes; precibus, honeſtisque ſtudiis incumbant. Itaque rogantur ipſorum Præpoſiti, vt doctum aliquem fratrem iubeant volumen aliquod ſacrum in monaſteriis interpretari, vt pacem colant, & frugalitatem, vtque priuatim nihil vſurpent; ſed in cōmune quærentes omnia, & vnanimiter viuentes, monaſteriorum prouentus ad rectos vſus impendant, ne malè diſſipentur.

Qui offendicula, & ſcādala, quàmuis admoniti, non deſinunt excitare, minimè tolerantur, ſed datur opera, vt correcti, caſtigatiq; ex diœceſi eijciantur, id tamen ab ipſorū Prioribus, & prælatis prudente impetratur.

Illud autem in primis commonentur, vt diligenter attendant, ne qui ad corrogādas eleemoſynas rus præſertim mittantur, tales ſint, qui ſe adiuuantes malis exēplis lædere non formident, ſed eiuſmodi potiùs, qui pro tēporalibus, quæ metūt, conētur ſpiritualia ſeminare.

Omne ſtudium, ac diligentia ponitur, vt in omnibus monaſteriis ſint aliqui patres, qui diebus feſtis & concionentur, & ex libro ſacrum aliquid populo declarent. Quod ab ipſorum prælatis, & hactenus impetratum intelligo, & nunc etiam impetrari video.

Omnes

Omnes concionatores tam obſeruantes, quàm conuentuales, quoties miſſi ad prædicā di munus accedunt, admonentur, vt cunctis humanę gloriæ, cupiditatis, & ambitionis cau ſis omiſſis, amanter, candidè, ſyncerèque Dei verbum promulgent, quemadmodum bo- nus ille magiſter omnium Chriſtus Ieſus pro- mulgauit. Quod & ſi difficile eſt impetratu, eatenus tamen obtinetur, vt non amplius tot quæſtiones, & vanitates, vt priùs, audiantur.

Præcipuè verò contentiones illæ, perſecu- tiones, & maledicta, q̄bus multis in locis ma- gno cū audientiū offendiculo inter ſe inuehe bantur, omninò ſublata ſunt. Quod adiuuante diuina gratia, ideò contingit, quia prouidetur vt eiuſmodi concionatores veniant, qui ſint à talibus vitijs alieniſſimi. Quòd ſi humana fragi litate minima aliqua ſcintilla ſuſpicionis exci- tetur, ſtatim, ne incēdiū creſcat, extinguitur.

Quamobrem per Dei gratiam res adeò be- nè progredit̄, vt omnes pro viribus ſtudeant planè & appoſitè ad intelligēdū pro auditorū vtilitate ſacram ſcripturam exponere. Qua ex re plura quotidiè bona videntur proficiſci.

Demōſtrationes, & repręſentationes illę ſu peruacaneæ, quæ licèt vanitatis eſſent plenæ, tamē ſub prætextu deuotionis fiebant, ita iam penitus exploſę ſunt, vt nihil aliud, quàm emē datio peccatorū, & omnium ſalus requiratur.

Cum enim primùm aliquis concionator accedit, ſumma illi quædam & ſylua argumē-

torum

Digitized by Google

torū impreſſā proponitur, vt ſciat, in quo verſari debeat, & quid ſæpiſſimè populis inculcare. Illic enim ea ferè continentur, quibus indiget ciuitas; ſiquidem & Epiſcopi (ūt audio) & optimorum hominū opera, qui eiuſmodi in rebus ſunt exercitatiſſimi, collecta fuit. Quam quoniam tibi quoq; vtiliſſimā fore ſpero, ad te perferendam curabo. Nō ſolùm autem toto quadrageſimæ aduentuſq; tēpore, ſed omnibus ferè dieb9 feſtis in Monaſterijs magnis, & rectè inſtitutis hoc modo prædicatur. Præter multa alia opera bona, & laudabilia, etenim in eiſdē eccleſiis ſunt Lectores, (ſic enim appellant eos, qui poſt veſperas, aut alio tempore Euāgelium, Epiſtolas Pauli, aut aliquem alium probatum auctorem ex libro populis interpretantur:) atque inde ſumunt occaſionem, qua & vitia inſectentur, & ad virtutes inuitent, à terreniſque ad cœleſtia perducant audientium animos.

Hi Lectores, & Prædicatores, cum probè ſciant, quæ ſit ſua ipſorum profeſſio, Epiſcopique voluntas, ea verbis factiſque ſtudent exequare, ea populis denunciantes, quæ illorum ſaluti ſint profutura. Vident enim nihil ab ipſis requiri, quod non ad maiorem & Dei gloriam, & populi vtilitatem, & ipſorum etiā conſcientiæ quietem pertineat.

Quoties autem (vt fit) aliò proficiſcuntur, & in eorum locum alij ſunt ſucceſſuri, ad generales eorum ſcribit Epiſcopus, vt quām

optimos mittant, quod hactenus quiden
ſententia contigit. tam liberaliter autem,
norificèq; tractantur, vt libenter eiuſmod
bores, & officia ſubeant.

Hos ſingulos cum Epiſcopus ipſe non
quàm audit, tum homines probos, & benè
ctos modò ad hunc, modò ad illum aud
dum clam mittit. Si quid autem minus re
ab ipſis dici, ſentiri ve animaduertunt, ad E
ſcopum deferunt, qui paternè eos comn
net, hortatur, corrigit, & grauiora etiam (ſi
ceſſe ſit) adhibet medicamenta.

Eoſdem prædicatores, lectoresq;, aut al
diebus ferialibus per parochias mittit (q
ties videtur id & anni tempus, & ciuitatis
ctio poſtulare) qui diuina præcepta, aliaq; C
ſtianæ iuſtificationi neceſſaria planè, fam
riterq; declarent, vt hac ratione eorum it
deuotioni, neceſſitatiq; conſulatur, qui v
de cauſis procul à domo ire non poſſun
Dei verbum audiendum.

Eadem in eos, qui per reliquam diœce
quadrageſimæ tempore prædicatum mitt
tur, vtitur diligentia. Cum enim ſe præſent
rint, & tale de ſe ſpecimen exhibuerint, vt
mittendi videantur, explorata benè antea
vitæ ratione, ſic illos mittit ad prædicandu
vt, quoniam propriis vnaquæq; parochi
tiis laborat, ſuggerat, quid & quomodo in
gulis ſit prouidendum: Iniungit etiam ea
eccleſiarũ, ad quas mittuntur, rectoribus

vici

vicinis(ſi ſint magis idonei) vt ea,quæ prædicatoribus præcipiuntur,curent obſeruanda.

Quin etiam rogantur, vt ea,de quibus ſunt populum allocuturi, cum parochis communicent,quo faciliùs ſuū exequi officiū poſſint.

Vbi munere prædicationis perfuncti ſunt, ſe rurſum præſentant,eorumq; rationem reddunt,quæ præcipuè mandata fuerāt, ac ſi quid præterea animaduerterint, quod curatione indigeat, patefaciunt.

Aliis item anni partibus,præter tempus viſitationis, non ceſſat Epiſcopus mittere prædicatores,qui diœceſim percurrant,annunciantes verbum Dei,& prouidētes vbiq;,quæ ſunt neceſſaria: admonentur enim (vt ſuprà dixi) quare quiſque locus magis indigeat. Propter ſummam autem diligentiam,quæ adhibetur, & propter benignitatem,quam ſæpiſſimè prędicatores experiūtur, effectum eſt,vt qui aliàs non prædicaſſent, niſi in præſtantioribus Italiæ templis,per huius vrbis, & ruris item eccleſias maxima cum animarum vtilitate abiectę, ſimpliciq́ue plebeculæ non dedignentur euangelicum panem diſtribuere.

Sequitur,vt de confeſſionibus dicam: cum enim re ipſa,plurimiſq; experimentis iam eruditus optimè ſciat Epiſcop⁹,maximi in vtrāq; partem in eccleſia Dei ponderis eſſe confeſſores,ab eiſq; ſumma, plurimaq;, ſi ꝓbi doctiq; ſint,bona,ſin cōtra innumerabilia ꝓpemodū, grauiſſimaq; mala proficiſci, omni ſtudio, cu-

ra, diligentiaque incumbit in eam rem, vt magna ſit in monaſteriis tam vrbanis, quàm ruralibus eiuſmodi confeſſorum copia, qui diuini honoris, humanæq; ſalutis cupidiſſimi, auctoritatis, ſcientiæq; clauibus non abutantur. Ex hoc enim ſacramento pœnitentiæ ritè, fideliterque peracto non dubium eſt, quin ſecũdùm Diuinam gratiam, omnis, quæ ex populi vita conſolatio percipitur, pendeat.

Quàmuis autem hac item in re multa ipſius diligentiæ ſe opponant impedimenta, tũ mira miniſtrorũ, qui tanto muneri gerendo ſint idonei, tàm ſæculariũ, quàm regularium paucitate; tum magna eorum multitudine, qui vltrò ſe, & auctoritatibus, & priuilegiis, & aliis æquis, iniquis rationibus illuc intrudunt, vnde deberent totis viribus effugere, nec tantũ oneris ſubire, niſi mera neceſſitas, charitas, & obedientia id eorum humeris imponeret: tamen in tantis anguſtiis Diuino auxilio adiutus, nunquàm deficit, aſſiduè Religionũ gubernatores hortans, & rogans, vt tantum negotium idoneis mandent, eiſq;, qui minus apti videntur, proponens libros, ex quorum lectione eã tandem facultatem conſequantur, vt tam neceſſarium ſacramẽtum ſi minus cũ illa vtilitate, quæ requiritur, nullo ſaltẽ animarũ, aut quàm minimo cum detrimento poſſint exercere.

Quoniam multi, cum ęgrotant, relicto proprio parocho certis de cauſis, quæ bonam in partem accipiuntur, niſi perſpicuè cõtrarium

appareat

appareat,accerſunt confeſſores religioſos, ne parochi in cæterorum ſacramentorum administratione, exhibitioneq; ſe negligentiùs gerant,negligentiæq; prætendāt ignorationem, quòd videlicet eos non intellexerint ægrotaſſe: Cautū eſt, ſtatutumq; cum ipſis fratribus, vt quoties rogati ad āudiendam alicuius infirmi in parochiis confeſſionem acceſſerint,vbi primùm pœnitentiæ munus fuerint executi, velint ea de re parochum certiorem facere, vt quid ſibi in reliquis ſacramentis exhibendis agendum ſit, non ignoret.

Nec omnes,qui tractandi pœnitētiæ ſacramentum facultatem obtinuere,ſunt eiuſmodi,vt illis ſine delectu ab omnibus peccatis abſoluendi poteſtas ſit concedenda:& peccatores, quorum delictorum abſolutionem difficiliorem experiuntur, ea deflent acerbiùs, & diligentiùs cauent,ne rurſus admittant: Iccircò mos eſt, vt omnes ordinarij quædam excipiant,à quibus nolint quemlibet à quouis abſolui.Proinde ipſe quoq; in ſua diœceſi diligēter,& per ſe,& per alios obſeruauit,quæ potiſſimùm forent excipienda, eaq; imprimenda curauit;ſtatuitq;,vt nemo ſit,qui audiendi cōfeſſiones prouinciam ceperit, quin ea & apud ſe habeat, & opportunis temporibus populo ſignificet. Quanquàm illis, quorum probitatem,atq; prudētiam exploratam habet, ſic ab omnibus reſeruatis caſibus abſoluendi ius tribuit,vt miniſtros omnes auctoritate ſibi non

ſolùm ſocios, & pares, ſed etiã ſuperiores ad benè faciendum eſſe cupiat.

Et quia quotannis à ſummo Pontifice publicè recitatur bulla, quæ dicitur in cœna Domini; in qua iubetur omnib⁹ ordinariis, vt obſeruent quicquid in ea cõtinetur: dat operam Epiſcopus, vt exemplum ipſius Roma delatũ habeat, & in totius cleri congregatione, quæ ex vniuerſa diœceſi vnum in locum certis tẽporibus indicitur, publicandam curat. Ita fit, vt omnes clerici propter frequẽtem, annuamq; eius recitationem, magnam ipſius notitiam habeant, niſi noui aliquid acceſſerit.

Prętereà, cum Iubileum aliquod eſt vulgandum (ſolent enim Romani Pontifices, cũ generalem aliquã gratiã Reip. Chriſtianæ volũt à Deo optimo maximo impetrare, vniuerſis fidelib⁹ eiuſmodi theſauros elargiri) ne, quod ſuperioribus Iubileis perſpicuũ eſt cõtigiſſe, multos, grauesq; errores paſſim admittat populus, ſimplicesq; ſacerdotes, ille quemuis cõfeſſorem aſſumendo, modò ſit ſacerdos, cum etiam nonnulli tam ſtulti fuerint, qui verba Iubilæi ſic accipientes, vt ſonant, exiſtimarint, ſe abſolui poſſe à quolibet homine ſæculari, etiã non ſacerdote: hi verò in caſuum diſpenſationibus ſeſe implicando, quæ in Iubilęo ex volũtate ſummorum Pontificũ nõ conceduntur. Ne igitur quod illi prudenter, pièq; ad animarũ ſalutem elargiuntur, in cuiuſquam perniciẽ ſtultitia, temeritateve conuertatur, ſapienter eiuſmo-

eiuſmodi conſilium cœpit Epiſcopus, vt Iubi læi forma typis excudatur, accipiendiqꝫ Iubilæi ratio ſubiungatur: vt vbiqꝫ pluribus exemplis diuulgatis, omnes quid ſibi obſeruādum, quidve cauendum ſit, ſciāt, quo & gratiā, quæ ab eorum ſanctitate donatur, aſſequantur, nec abutantur eccleſiaſtica libertate. Vt verò tam eximij muneris vniuerſa diœceſis particeps fieri poſſit, cum temporis ſpatium ſit exiguū, nempè à die publicationis, &c. conſuetudinē hanc introduxit, vt in vrbe priùs, tum ruri ſic diuulgetur, vt omnes eodē die parochiæ notitiam illius habeant. mittit etiā rus ex vrbe confeſſores, & ſæculares, & regulares, vt id omnibus quàm diligentiſſimè impertiatur.

Cum ſint quędam fratrum monaſteria, quę parochiam habent, & animarum curā gerūt; in parochiis, vbi ipſi religioſi volunt curā exercere, quod faciunt mendicantes; ſtatuit vt vni tantùm, qui & ętate, & moribus, & ſcientia ſit idoneus, id munus mandetur: nec ita temerè ſubindeqꝫ ab eiuſmodi officio remoueatur, ſed potiùs (ſi rectè ſe gerat) confirmetur.

Multa per hanc ciuitatem ſunt xenodochia, ſiue hoſpitalia, & ſcholæ, diſciplinæque (vt ipſi vocant) quæ cum ſuas ſingula eccleſias habeant, in quibus diuina pro viribus rectè colantur, miſſæque ſacra celebrentur, nec tot presbyteri inueniantur, qui aut poſſint, aut velint his in locis Diuino cultui ſatisfacere: conceditur, vt alicuius fratris opera vtantur, qui

Digitized by Google

tamen alicuius in ciuitate conuentus ſit ordinarius, notus, ac priùs admonitus, vt ita ſe gerat, ne cuipiam querelæ ſermoniſque præbeat occaſionem.

In his igitur exercitijs, concionandiq;, & ſacros libros explanandi, ac pœnitentiæ ſacramentum adminiſtrandi, muneribus, Religioſorum miniſterio vtitur Epiſcopus, eorum duntaxat, qui ab omni ſcelere puri, vitæq; integritate præditi proprijs in cœmeterijs vitam degant, religionis habitum, præpoſitorumq; obedientiam obſeruantes. Eos enim, qui veſtimenta religionis abiecerint (niſi neceſſaria aliqua honeſtaque de cauſa, vt fit aliquando, contigerit) iuſto quodam odio ita perſequitur, vt ne in diœceſi quidem ſua manere patiatur.

Adeò grauis atq; difficilis eſt hoc tempore gubernatio monacharum, vt ſi nihil aliud Epiſcoporum intereſſet, tamen eorum munus arduũ videretur. Hic tamen Epiſcopus adiuuãte diuina gratia, maximis, aſſiduo ſtudio, ac diligẽtia, ſuperatis difficultatibus, earum in hac diœceſi monaſteria ita conſtituit, vt paulò faciliùs iam regi gubernarique poſſe videantur.

Vt enim ſanctè caſtèq; ſanctiſſimũ atq; caſtiſſimum ſponſum ſuum dominũ Ieſum imitentur, non vt nouam ipſis viuendi normam præſcriberet, ſed vt antiquas ipſarum confirmaret, inſtitutiones quaſdam cõpoſuit atque edidit, in quibus optima illius voluntas perſpicitur. Ibi enim tanquam in puriſſimo ſpeculo

culo

culo quid in votis, & actionibus agere & obſeruare, quid cauere, vitareq; debeant, clariſſimè poſſunt intueri.

Multa præterea, quæ ad vota & mores ipſarum pertinent, in compendium colligēda imprimendaq; curauit: vultq; vt magnam librorum ſingula monaſteria copiam habeant, quo eos liceat omnibus lectitare.

Enixè dat operam, vt confeſſores illis & capellanos tum ætate prouectos, tum doctrina vitæque ſanctimonia præditos tribuat.

Rectores tutoresque totius ciuitatis optimos atq; ſectiſſimos aſſignauit.

Procuratores item ſenes, & probos conſtituit, qui monaſterij negocia gerant, quotidianiſq; earum rationibus conſulant.

Cum his vel tutoribus, vel procuratoribus ſæpiſſimè loquitur Epiſcopus, vt & quomodo ſeſe habeant res monaſteriorum intelligat, & eos admoneat officij ſui.

Alloquitur etiam ſæpiſſimè confeſſores, eoſq; commonet, cohartatur, & conſilijs iuuat, vt res temporaq; poſtulant.

Eas ipſe ſemel in anno, ac ſæpiùs etiā, ſi neceſſe eſt, viſitat; corrigens, quę corrigēda ſunt, abuſus & prauas conſuetudines abrogans: pręcipienſq;, vt viuēdi formulas, & inſtitutiones obſeruent, eiſq;, quoniam omnia ſemel conſcribi non potuerunt, addēs, quæ dies vtiliter, aut neceſſariò addenda ſuggerit.

Organa, cæteraque inſtrumenta muſica in

earum

prorſus relictum videtur, niſi vt Dominus ipſe cuſtodiat.

Porrò quoniã multi cenſuras eccleſiaſticas paruipẽdunt, vt eorum impia confidentia cohibeatur, Epiſcopus à Senatu Veneto edicta, animaduerſioneſque grauiſſimas in eos, qui præter voluntatem & licentiam ipſius eas adire non veriti fuerint, impetrauit. His de cauſis, & quia, qui contra faciunt, grauiter mulctãtur: effectum tandem eſt, fauente cœleſti gratia, vt iam pridem res monacharum rectè conſtitutæ videantur. De his autem plura nõ ſcribam, mitto enim ad te libros illos, de quibus paulò ante mẽtionem feci, ex quibus omnia, quæ deſideras, cum tua ſumma (vt ſpero) animi conſolatione, gregiſque tui vtilitate poteris intelligere.

In hac ciuitate eſt antiquiſſima quædã presbyterorum ſocietas, quæ ſancta congregatio dicitur: in qua omnes fermè eccleſiarum parochialium ſacerdotes, qui ſunt circiter quinquaginta, & multi alij tam regulares, quàm ſæculares, continentur.

Hi bis ſingulis menſibus cõueniunt, ſemel in eundem ſemper locũ iterum in aliquam parochiarum, eas enim ſigillatim adeunt, quo omnes bonorum omnium, quæ fiunt, atque dicuntur, æquè participes efficiantur.

Quoties enim conueniunt, publicũ officiũ celebrãt: ſacrũ vnũ canitur, & alia multa ſummiſſa voce ꝑ bñmeritorũ animabus dicuntur.

Vnus

Digitized by Google

Vnus ex ſocietatis ſacerdotibus inter miſſarum ſolemnia cōcionem habet. illuc enim confluit magnus laicorum numerus, qui deuotionis, ac religionis ergo in eam ſocietatē admitti volunt, vt indulgentiarum, quæ illi conceſſæ ſunt participes fiant.

Poſt officij celebrationem proceſſio fit circum eccleſiam, & vicum, vbi ſunt congregati: & ſumma quædam tum pecuniæ ſacerdotibus, qui cōuenerunt, tum panum pauperibus, qui interfuerunt, diſtribuitur.

Tum ſi de re aliqua ſpirituali temporalive agendum eſt, in locum ab arbitris liberum ſecedunt, ibiq; ingenuè ad gloriam Dei hominumq; vtilitatem, ea de re quid quiſq; ſentiat, exponit. Sæpe enim Epiſcopus, aut Vicario ſuo, aut alij cuipiam mandat, vt ſocios ad ea præſtanda, quæ ſacerdotes & parochos decēt cohortentur, vt conſtitutiones obſeruēt; legata, & pias defunctorū voluntates exequantur. Hęc & id genus alia in illud tempus & locum cōmodè reijciuntur, niſi celeriùs agenda ſint.

Archipresbyter (ſic enim huiuſce collegij præfectus appellatur) ſolebat eligi vnus ex ipſis, qui cæteros meritis anteire videretur: nunc autem ea dignitas non eorum ſuffragijs, in quem ipſi volunt, confertur, ſed alijs rationibus impetratur. quo fit, vt ſubinde non nihil perturbationis oriatur.

Summa tamen adhibetur diligentia, vt res tam ſancta, quàm optimè fieri poſſit, perſeue-

ret;

ret;vtq; ſeruentur optima illa inſtituta,ex qui bus ſumpſit exordium. ac tam, & ſi nonnullę difficultates occurrant,ſpes tamen eſt,Deum optimum Maximum gratia, & miſericordia ſua bonis actionibus non defuturum, quin ēt elargiturum,vt ex his alię ſimiles,ac meliores etiam proficiſcantur. Quodquidem planè iā videtur hinc ſucceſſiſſe. ſiquidem huius vrbanæ ſocietatis exemplo,rurales, montani, riparijq; ſacerdotes conuocati, coactiq; ſunt, & Epiſcopi cohortatione (iam enim præclara quędam ipſius,vel bonis excogitandis,vel malis rebus abrogandis inſtituta, quod extremo loco me facturum promiſi, licet id paſſim in his ſcriptis præſtiterim,ſunt recenſenda) complures ſocietates xv.aut xx,pluriumve,aut pauciorum ſacerdotū,prout uicina, & frequens locorū opportunitas exigebat, conſtituerūt.

Hi certo die ſingulorum menſium congregati ſic vniuerſas eccleſias per ordinē luſtrāt, vt ſingulæ ſingulis menſibus viſitentur:vbi autem conuentum eſt,horariæ preces dieiq; cōueniens ſacrificium canitur,officiumq; defunctorū fit,ſeu quædā pro ipſis cōmemoratio.

In medio miſſæ ſacerdos ille,cui id munus à ſocietatis Præfecto mandatum eſt, ad omnium conſolationem, & ædificationem aliquo pio ſermone populum alloquitur.

Finitis officijs in ſacrarium,aut in alium locum à populo remotum conueniunt: vbi ſua quiſq; negocia tam ſpiritualia, quàm corporalia,

lia, præſertim quę ad populi curam pertineāt, & alterius conſilio auxiliove indigere videantur, exponunt, vt ſe mutuo tum rebus alijs, tū maximè precationibus adiuuent. Si quid etiā ambigunt, in medium proponunt, & ab iis, qui magis idonei videantur, dubitationis ſolutionem expectāt. Licet autem cuiq; vel quid ſentiat dicere, vel eruditorum rogare ſententiam. Qui ſanè mos perquàm vtilis eſt.

Præterea ſi qua ibi diſcordia, ſimultasq; vigeat, ſi quis in ea pertinacia perſiſtat, vt ſua nolit crimina confiteri: ſi peccator aliquis publicus ſit, parochus fratribus pateſacit, qui (ſemper.n. in his ſocietatibus inueniuntur, qui diuini honoris humanæq; ſalutis cupiditate ſint inflammati) eiuſmodi homines conueniunt, amanterq; cohortantur, vt inimicitias deponant, iniurias volōtaria ꝯterant obliuione, peccataq; lachrymis, & pœnitentia diluant, ac in ſanctæ matris Eccleſię gremiū reuertantur. Sę piſſimè autem dn̄s Deus his in nomine ipſius congregatis tm̄ diuini fauoris elargitur, vt admonitionibus ſuis multos reducant ad ſanitatem, & obtineant id, quod ipſe proprius parochus nulla vnquā ratione ſolus impetraſſet.

Ad hæc officia magnam populus animi alacritatem, & propenſionem oſtendit. freques enim vndique concurrit. plerique etiam hac deuotione cōpulſi, quo arctius domino Deo ſuo coniungantur, pœnitentiæ, eucharistiæq; ſacramenta ſuſcipiunt.

Et ſi

Et ſi magna diligentia videtur adhibita, vt hæ ſocietates ita diſtinguerentur, ne grauior cuipiam itineris labor impenderet, tñ fieri nõ potuit, quin nonnulli tam longè veniant, vt peractis diuinis officijs, & alijs rebus neceſſarijs, haud facilè poſſint ad curãda corpora Domũ reuerti. Hac ergo de cauſa, & ſimul vt ea q̃ tractanda ſunt, cõmodiùs ꝯſtituantur, frugali modeſtoq́; prandio ab eo ſacerdote, cuius in eccleſia diuina officia celebrata ſunt, amanter excipiuntur. Licet .n. ipſe fortè ipſius loci nõ ſit dñs, non tñ propterea de erretur. nam cũ charitas ipſa omnia leuiora facit, tũ verò mandatũ eſt, vt tam ſobriè conuiuentur, vt hac itẽ in parte, q̃obrem ꝯuenerint, facilè perſpiciatur. Et quo rectius omnia fiant, vnus ipſorũ, dũ cæteri cibũ capiunt, clara voce ſacrũ aliqd legit, vt animi quoq; ſuũ alimentũ accipiant. nec quicq̃ omnino d̃r, quod non ad gloriam Dei, proximiq; ædificationem pertineat.

Hoc opus tam ſanctum ac pium, tanq̃ nouellam quandam plantam diligenter, vt omnia ſolet, Epiſcopus curat ac fouet, vt tandem creſcat in arborem magnam ac fertilem, non foliorum, ſed fructuũ, qui & animis ſalutẽ, & religioni afferant augmentũ, immortali Deo cœleſtis gratiæ rorẽ, & pro gloria maieſtatis ſuæ fęliciores exitus, quã optare hoĩes ſciant, aut poſſint, & in hac re, & in ijs omnibꝰ, quas vel cõmemorauimus, vel deinceps breuiter recenſebimus, meritò largiente, qñ ipſe benignitate

gnitate ac ſapiētia ſua omnem humanam intelligentiam ac deſiderium ſuperat.

Hoſpitalia tum ipſe viſitat,tum ab alijs ſępe viſitari facit;ſtudioſè curans,vt pauperes benignè ſuſcipiantur,atque tractentur.

Cum autem tria ſint longè maiora, opulētioraq; cæteris huius ciuitatis hoſpitalia: vnū cui nomen eſt Pietatis,in quo nothi à parentibus abiecti recipiuntur,educanturq;: ſi maſculi ſint, quos ad artem aliquam, qua ſibi victum parare poſſint,perdiſcant:ſin fœminæ,quoad in matrimonio collocentur:ſuſcipiuntur etiā vulnerati, & qui febrim habent. Alterū,quod S.Iacobum vocant,peſtilentię temporibus,& lepra laborātibus aſſignatum, Tertium,quod miſericordiam rectè placuit appellare. ſiquidem in eo homines vtriuſq; ſexus quocunq; morbo laborantes ita curantur, vt ſeparatim tamen à maribus habitent fœminæ. Hæc hoſpitia à nobilibus ciuitatis viris adeò diligēter adminiſtrantur, vt Epiſcopus nullum aliud in eis negotiū habeat, niſi vt ea rectoribus ipſis commendet,eoſq; cohortetur, & conſilio iuuet, quo munere ſuo rectiùs defungi queant, & capellanos patientes, ſedulos, prudenteſq; tribuat, qui receptos ægrotantes ſtatim viſitent,eoſq; ad pœnitentiam ſuis exhortationibus inducant; quòd ſi diutiùs in flagitijs perſeuerarint, perſuadeant, vt generalem peccatorum confeſſionem faciant, atque ita confeſſis ſacratiſſimū domini Ieſu Chriſti corpus præbeant,

beant, & ſancto oleo ad extremum inungant & morientium animas Domino ſolitis preci bus commendent, nec eos priuſquam vitalem ſpiritum emiſerint, derelinquant.

In miſericordiæ tamen hoſpitium curauit, vt pupilli, qui magno cum periculo corporum & animarum paſſim mendicantes per ciuitatem vagabantur, acciperentur, moreq; & opera quorundam ſacerdotum, qui in oppido Somaſci eiuſmodi pium opus inſtituerunt, & per alias itẽ ciuitates Italiæ diſſeminarunt, gubernarentur. Educantur autem in timore Dei, ac pietate chriſtiana; docenturq; legere & ſcribere, ad altioraq; ſtudia prouehuntur, ſi egregiam indolem præſeferant; ſin minus, datur opera, vt opificium aliquod diſcant, quo mox honeſtè ſibi uictum quæritent.

De pauperibus etiam illis infantibus, qui à parentibus miſerè expoſiti, à pietatiſq; hoſpitio ſuſcepti, & nutricibus mercede traditi ſunt vt lactentur, mandat ſacerdotibus, ut in parochijs ſuis eos nutricibus commendent, ac viſitent aliquando, & quomodo tractentur, intelligant; quòd ſi quos animaduertant, ab illis haud recte gubernari, pietatis Rectoribus denuntiant, vt eis alijs rationibus conſulatur.

Sunt præterea multa alia hoſpitalia, non paulò quidem tenuiora, quàm ea, quæ modò cõmemorauimus, ſed talia tamẽ, vt partim viris & mulieribus ſeparatim, partim viris tantùm, partim ſolis mulieribus hoſpitalitatem

exhibeant.in his cum priores & gubernatores commonentur, vt eos,quos hoſpitantur,mane & veſperi in chriſtiana pietate precibuſq; communiter Deo perſoluendis contineant, lectuloſq; mundos præbeant, nec quicquam omnino patrari ſceleris patiãtur,tum verò diligenter cauetur,ne prouentus (ibi enim tota difficultas cõſiſtit) in conuiuijs,& alijs rebus, peſſimo exemplo malè diſperdantur.

Quo circa probos & nobiles ciuitatis uiros his patronos tutoreſq; conſtituit,q quotannis unà cũ commiſſarijs ipſius ab eorũ locorum miniſtris repetant rationẽ adminiſtrationis.

Idem in ſocietatum & diſciplinarum prouentibus ſeruatur, ne dilapidentur, ſed in diuino cultu, ſuſtendãdis pauperibus, collocandis uirginibus, tuendiſq; ſarctis tectis ædium ſacrarum impendantur.

Mala illa exempla inſtituẽdorum conuiuiorum, & aliorum ſumptuũ inutilium aut penitus abrogantur,aut modeſtiùs inſtituuntur.

Mãdatum eſt,ut officia illa, quæ certis anni temporibus ſine deuotione animarumque fructu,ſed potiùs magno cum detrimẽto,honeſtatiſq; pernicie, & populi ſcãdalo noctu perſoluebant,celebrent die.

Datur opera, ut laudandæ illæ confitendi communicandiq; conſuetudinis diebus feſtis ipſorum & alijs ſolẽnitatibus precipuis obſeruentur, aut ſicubi fortè non ſint, introducantur.Quocirca inſtitutiones quædam cõpoſitæ & im-

& impreſſæ ſunt, quæ omnibus eius generis ſocietatibus ſeruiant.

Gubernatores, miniſtriq; præfinitis tēporibus ita commutantur, vt ſemper in eorum locū (ſi fieri poteſt) probatiores ſuccedant. Præterea, quo rectiùs omnia gerantur, optimus aliquis ciuis præficitur, qui eos in officio teneat.

Hæc hoſpitiola ferè, nonnullęq; diſciplinę, & alij pij loci, præſertimq; illi, qui S. Antonij, aut S. Boui ferūt inſignia, ſolent per diœceſim eleemoſynas vicatim hoſtiatimq; corrogare, quippe qui ex hoc exercitio ſibi victum, veſtitum, & alias res neceſſarias parent. His igitur, ſi ex honeſta probataq; conſuetudine quærendum mittuntur, eatenus quærendi facultas cōceditur, ſi miniſtri videantur probi.

Etenim cum diligēter cauetur, ne ad id munus improbi deligantur, tum verò ita demum quæritandi poteſtas datur, ſi præſcriptam ſibi normā ſe obſeruaturos promiſerint, pro eaq; reſponſores dederint.

Sācti Antonij miniſtros, & nōnullos alios, quoniā habent bullas papales, haud ita facile à quæritando prohiberi fas eſt. Ea tamen conditione licentia conceditur, & parochi tam crebris admonitionibus eiuſmodi circulatorū ſuperſtitiones atq; flagitia populo patefaciūt, vt nemo neq; ī eleemoſynis tribuēdis, neq; ī alijs rebus maioris pōderis, niſi velit, decipi poſſit.

Sanctiſſimū illud opus nō ꝑtermittā, quod in hac ciuitate haud ſanè multis añ annis tam

egregium initium habuit, vt ſperandũ ſit, optimum etiam exitum habiturum, ac iam quidẽ ex eo tam mirabiles fructus proficiſcuntur, vt verè dici poſſit, a domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris.

Paucis ante annis placuit immortali Deo, qui pro immẽſa ſua bonitate, & incredibili erga nos beneuolenita, nunquã ab humani cordis oſtio diſcedit, ſed aſſiduè pulſat, vt ſibi tãdem aperiatur, miniſterio, & opera probi cuiuſdam hominis circiter triginta fœminarũ, quæ in carnis, & libidinis cœno bona vitæ partem miſerè perdiderant, animos ita cõmouere, vt ex ĩmaniſſimis feris in mitiſſimas oues euaderent. Illius enim optimi viri ſermone (mirum fortaſſe cuipiam videatur, ſed tamen res ipſa ſic eſſe planiſſimè docet) perculſæ, erroremq; ac periculum, in quo verſabantur, agnoſcẽtes, decreuerunt ad Deum, vnde per impudicitiam, & ſcelus diſceſſerant, per pœnitentiam, & continentiam ſeſe conuertere. Quod cũ Epiſcopus intellexiſſet, lætus ſupra quàm dici poſſit, ꝙ nactus eſſet occaſionẽ reducendi ad gregem ſuum oues quæ per deſerta nequitiæ tot annis iam aberrauerant, iuſſit eas in locum honeſtum congregari, eiſq; præfecit mulierem quandam ætate prouectã, ſingulari prudentia, ſanctitateq; præditam, talem denique (vt audio) vt è cœlo demiſſa videretur, quæ tale tantumque munus ſuſtineret.

Hæc igitur præſtãtiſſima mulier diuino ſpiritu

ritu munita, primùm eas iuſſit inhoneſtos veſtitus exuere, & alios non eos quidem monachales, ſed non minus modeſtos induere.

Tum cœpit eas amantiſſimè cohortari, vt malæ anteactæ vitæ ſcelera deteſtantes, ad Dominum Deum toto cordis affectu ſeſe conuerterent: tantã enim eſſe illius clemetiã atq; miſericordiã, vt nihil vehemẽtiùs, velit, quàm vt peccatores reſipiſcant, & ad ſe redeant.

Huius igitur cohortatione generatim peccata confeſſæ, corpus Domini Ieſu Chriſti deuotiſſimè ſumpſerunt, ab eademque & orandi, & ieiunandi, & macerandi corporis, & earum rerum omnium, quæ decent filias Dei, rationem didicerunt.

Multa item exercitia, vt nendi, ſuendi, & id genus alia multa, quæ fœminis conueniunt, perceperunt. Omnes autẽ in primis legere docuit, quam ob rem exiguo temporis ſpatio res ita proceſſit, vt quę priùs ſcelerum ſentina, mundique ſordes extiterant, quęque ne ſigno quidem crucis munire ſe nouerant, tam appoſitè legere, & ordinatè pſallere didicerint, vt in choro horarijs precibus eleganter, diſtinctè, deuotèque Domino perſoluendis, nullæ illis monachæ meritò præferri poſſe videantur. Sic autem in optimo propoſito perſeuerant, & de virtute in virtutem quotidie proficiunt, vt hoc ſacratiſſimum opus immortali Deo ſummopere placere perſpicuum ſit. Cuius auxilio ſperandum eſt, harum exemplo

complures alias, quæ diaboli dolis deceptæ in libidinum cœno miſerè voluptantur, errorem ac infelicitatem agnoſcentes ſuam, ad ipſius maieſtatis clementiam redituras.

Sub hac igitur optima gubernatrice, de qua paulò ante verba fecimus, & ſub altera itē ſanctiſſima, & huiuſce ciuitatis nobiliſſima fœmina vitam degunt.

Ex quo die eum in locum, vbi nunc ſunt, introierunt, præter eos, quibus id apertè mandatum ſit, nempe medicum, aut confeſſorē ęgrotantiū cauſa; neminem omnino nec viderunt nec audierunt: ſemper igitur vnà ſunt in locis ipſarum exercitijs conuenientibus, vbi pro cuiuſque ingenio, alia aliud operatur, interim tamen aut pſalmos canunt, magnum enim eorum numerum memoriæ mandarunt, aut horarias preces beatę Virgini perſoluunt, aut pro mortuis deprecantur.

Operæpretium eſt audire, quam indnſtrie coronam beatæ Virginis conficiant. vna coronam ipſam manu tenet, & alijs voce præcedens, quoties precatio Dominica, aut euangelica ſalutatio dicenda ſit, indicat, atque ita ipſa ſola ceſſat ab opere, cæteris ad ſummi Dei laudem manus & ora mouentibus.

Parciſſimè ac frugaliſſimè cibum capiunt: tanta enim alacritate voluntarios corporis cruciatus, ieiunia; preceſque complectuntur, vt niſi à gubernatricæ moderationis fræno contineantur, longiùs quàm æquum ſit, videantur

deantur

deantur progreſſuræ, ea flagrant & amoris in Deum, & malefacta benefactis ſarciendi cupiditate.

Eodem tempore & loco comedũt, vna ſpiritualem aliquem librum clara voce legente; eodemq; in dormitorio cubant vniuerſæ, ſeparatim tamẽ ſingulæ ſuper ſingulis ſaccis palearum plenis.

Multum intereſt, ſcire, quanta cum prudentia, tarditateq; recipiantur: ſi enim quæcunq; illuc ingredi vellent, temerè ac ſtatim admitterentur, egregium hoc opus breui ſeneſceret, ad nihilumq; recideret. Quàm multę enim aut calamitate aliqua, aut leuitate, aut eiuſmodi alia affectione compulſæ eo ſe ipſæ contruderent, vnde mox cum feruor ille paululum refrixiſſet, aſpera illius vitæ conditione deterritæ, magno cum eius loci dedecore vellent exire, leuitatiſq; & erroris culpam in ſocietatem ipſam falsò conferrent?

Proinde cum aliqua primùm accedit, & petit, vt admittatur, duro grauique viuendi genere propoſito, honeſta quadam repulſa commonetur, vt etiam atque etiam cogitet, an onus, quod ſibi poſcit imponi, poſtea velit & poſſit patienter conſtanterque perferre.

Si perſtat in ſententia, tum loci tutores eam alicui probo viro commendant, qui illam domi ſuæ manere patiatur. vbi ſi ea neque pecuniam, neq; exercitium habet, vnde ſibi victum

paret, qui cæteris in rebus non defuit, hac item in re præbet auxilium.

Sic igitur ad conuerſarum gubernatricem ſępe ventitat, eamq; alloquitur, confeſſionem & communionem opportunis temporibus, vt cæterę, frequentat, honeſtèq; ac chriſtianè viuere perſeuerat, atq; ita trāſactis octo, aut decem menſibus, aut anno, ſi ita gubernatrici, confeſſori, & tutoribus, viſum fuerit, admittetur.

His rationibus efficitur, ut nec ipſi conuerſarum viuendi ratio noua, aut difficilis uideatur, quippè quæ iam parcè ac duriter vitā agere didicerit, nec illæ eius aduentu perturbentur, ſed potiùs gaudeant, cum intelligant illam nulla animi leuitate, ſed diuino ſpiritu concitatam, repudiatis omnibus & carnis & mundi delitijs, ad complectendam Domini Ieſu Criſti crucem acceiſiſſe. illi tamen & gubernatricis, & confeſſoris nomine denuntiatur, ut ſi forte ſentiat, ſe nullo modo poſſe in tā arduo grauiq; ſtatu pmanere, ne vereat̄ id patefacere, aliquo alio honeſto modo eius rationibus conſultum iri.

Fuerunt enim, quæ non ualentes ibi perſeuerare, petierunt, vt ſibi concederetur probæ & diuiti cuipiam fœminę ancillari, aliæ cum ſe continere non poſſent, ut collocarentur in matrimonio, quod benignè permiſſum, atq; ſtudioſè perfectum fuit.

Hoc itē in loco ſub ijſdem duabus probatiſ-

ſimis

ſimis fœminis, de quibus ante mentionem feci, educatur magnus numerus pupillarũ, q̃ niſi illis ita conſultũ eſſet, hac illac uagantes, breui eius generis, cuius cõuerſæ iã fuerant euaſiſſent. quanuis autem maneant eadem in domo, tantum tamen abeſt, ut cum conuerſis ullo modo uerſentur, ut ne ab illis quidem conſpici poſſint. tam enim non ſolum latus, & amplus eſt locus ipſe, uerum etiam rectè diſpoſitus, & conſtitutus, ut illic utrũq; opus ita compoſitè ac tacitè tranſigatur, ac ſi alterum ab altero longo diſiunctum interuallo perficeretur. Harum autem puellarum tam ſancta inſtitutione nihil meo quidẽ iudicio melius, magis ue piũ poſſet excogitari. In omni uerò exercitio quod fœminea manu tractetur, ſic erudiuntur, ut nobiles huiuſce ciuitatis matronæ præclare ſecum actum exiſtiment, ſi unam ex illis, quæ ſibi miniſtret, potuerit impetrare. Neq; enim cuiuis temerè conceduntur, ſed illis duntaxat, quæ ſint eas honeſtè rectèque gubernaturæ, dotẽq; nupturis, aut in monaſterium aliquod monacharum recipiendis ſuppeditaturæ, dantes interim operam, ut legere (ſi neſciunt) diſcant.

Habent neſcio quos annuos prouẽtus, quos comes Ludouicus Canoſſius ciuis Veronenſis, & Baiocis Eps̃; cũ ab Ep̃atu ꝓpter infirmã corporis ualetudinem in patriam ſe contuliſſet, inter multa quę pręclarè ſanctèq; geſſit, reliquit, ut in uſum hunc pium inſumerentur.

hæ pe-

hę pecuniæ prudenter illæ quidem ab electis procuratoribus impendunt, ſed tamen huic multitudini nō ſufficerent, ſi ab aliorum eleemoſynis deſtitueret. quo circa ſupplet abundè dominus Deus, cū p alios, tū p pſentē hunc Pręſulē benignū patrimonij ſui diſpenſatorē.

Quod bonis omnibus ſemper optatum, ſępeq; fruſtrà tentatum fuerat, clariſſimorum Prætorum auxilio nuper perfectum eſt, ut meretrices, quæ p hanc urbem peſſimo ciuium exemplo, ſummoq; detrimento ſparſę erant, unum in locum cogerentur, aut certè pellerētur de ciuitate. Ex qua diligentia multa bona profecta ſunt: nam & ſuam quiſq; familiam nequiſſimorū ſpectaculorum peſte liberatam lætatur. Et earum multæ relicta nequitia nupſerunt, aliquot à propinquis ad bonam frugem redeuntes receptæ ſunt, nonnullæ oblatam Monaſterij conuerſarum occaſionem libentiſſimè complexæ ſunt; ea tamen primū veræ pœnitentiæ ſigna præbentes, quæ paulò ante ab illis exigi commemorauimus: cōplures cum nullam eiuſmodi rationū in præſentia ſequi poſſent, nec tamen ampliùs peccare ſe velle dicerent, præſertim quædam adoleſcētulæ, quæ à ſuis derelictæ inopia, viq; proſtitutæ ac vitiatæ fuerant, cœperūt cum lachrymis ſuppliciter deprecari, vt ſibi conſuleretur. Cū enim illis, quę perditè eſſent victurę perfugiū, & tectū fuiſſet aſſignatum, id ſibi, quę pudicè iam uellent uiuere rectiùs poſſe cōcedi. Quod enim

enim in nequitia verſatæ ſint, id ſe nō ſtudio, ſed vi, non volētes, ſed inuitas ac coactas quodammodo perpetraſſe, ibique diutiùs perſtitiſſe: nón voluntate, ſed inopia eorum, qui ſibi ferrent auxilium, quo ex turpiſſimis impudicitiæ laqueis ſe poſſent extricare, & in locū honeſtum confugere. His rebus commotus, qui earum gerebat curam, decreuit illis conſulere, & adiuuante Diuina gratia, domum inuenit, vbi circiter triginta quarū natu minimę annū ferè quartū decimum; maximæ verò (quæ tamen ſunt pauciſſimæ) vigeſimum quartum agunt, ſub regimine cuiuſdam mulieris ętate prouectæ, probæ, prudentis, earumque ſalutis amantiſſimæ commorantur.

Sacerdotē illis pręterea, pietate, doctrina, ætatisq; maturitate præditū tribuit, cuius fideliſſimis cohortationibus adductæ generatim ſingulæ vniuerſa peccata confeſſæ ſunt.

Diligenter igitur in timore, & amore Dei inſtituuntur, vt diſcant ea, quæ Chriſtiana religio poſtulat, vt mores honeſtos, pios ac religioſos percipiāt, & artificium aliquod, vt nec otio torpeſcant, & minus probis illis viris negotij præbeant, qui quæritando dant operam, vt victus illis veſtituſq; ſubminiſtretur.

Sic autē ex his, & alijs, quæ poſt hac recipiētur (ſuſcipientur autē omnes, quæ ſi repellantur, periculum ſit, ne pudicitiā caſtitatēq; ſint amiſſuræ) conſulitur. Quæ optimam partē, religionis videlicet eligūt, aut inter cōuerſas collocantur

ocantur, aut cæteris in eo loco gubernandis preficiuntur. Nuptæ in maritorum gratiam reducuntur; ac ſi qui ſe difficiliores præbent, nõ deſperatur quin eos dominus, & earum patiẽtia, & dies ipſa ſit placaturus.

Adoleſcẽtes corruptę, vbi malę ꝯſuetudinis penitus oblitę, prauos mores deteſtãtes abiecerint, & bonos atq; honeſtos induerint, aut coniugio (ſi religionis vincula recuſarint, deuinciẽtur, aut miniſterijs nobiliũ matronarũ concedentur. Iam enim nonnullę optimates aliquot earum in ancillas acceperunt.

Adoleſcentulę uirgines (ſunt enim multæ, quę virginitatis naufragium, quod imminebat, in nunc pium portum exceptæ, uitauerunt) parentibus & propinquis, ſi quos habuerint, reſtituentur; ſin minus matronis religioſis & nobilibus tribuentur, quę amore Dei earum ueluti filiarum curam gerent. Dabitur ẽt opera, vt ſi quæ habeant aliquid patrimonij, à propinquis, aut ab alijs ne occupetur.

Quotãnis ludi magiſtros ipſe, cum res fert, alloquitur, & cohortatur, & per alios humaniter alloquendos cohortandoſq; curat, vt diſcipulos q ſuæ ipſorum fidei cõmẽdati ſunt, tanq̃ filios chariſſimos in religione, boniſque moribus inſtituãt, eoſq; non tam ſine vitio loqui, q̃ ſine vitio viuere doceant. Id verò haud quãq; difficile futurũ, ſi & lectiones auctorũ, qui modeſtiæ ſanctitatiq; aduerſent, à ſcholis abiecerint, & diſcipulis ꝑſuaſerint atq; ꝑceperint, vt

crebrò

crebrò peccata confiteantur, eósque ad ſacras conciones diuinaſq; preces, quæ in eccleſijs celebrantur, tum miſerint, tum ipſi duxerint, vt quod ipſis reliquum eſt temporis à literarum ſtudijs, id non in ludis immodeſtis, ſed in exercitijs pijs collocent.

Mādat domeſticis ſuis literatis, vt eos in anno ſæpius viſitent, & diligenter explorēt, vtrū, ea, quæ ſupra diximus, obſeruēt, mores ne probos præſe ferant, deque religione chriſtiana rectè ſentiant, an contra.

Idem officium ac diligentiam præſtat in vicis & oppidulis, & quibus facultas eſt, ſuadet, vt idoneo ſalario ludi magiſtros conducant, à quibus ita liberi ipſorum inſtituantur.

Ad multorum egrotātium ac negligentiū vtilitatem, qui perturbatam impeditamq; conſcientiam neſciunt, aut nolunt vnquam extricare, videns Epiſcopus obſeruantiā illius cap. Cū infirmitas, De pœnit. & remiſſ. maximè ptinere, Medicos cum amanter chriſtianèq; cohortatus eſt, tū edicto coegit, vt quoties vocati ad curādum aliquem infirmum acceſſerint, eū admoneāt, vt prius ſpiritualē medicū accerſant, eiq; egritudinē animi per confeſſionē patefaciāt, vt ea curata, propter quam ſæpiſſimè Diuino iudicio corpus noſtrum affligitur, ipſorum opera faciliùs corporis morbus depellatur.

Mos erat, vt facinoroſis hominibus ī quos exempla publicè edenda eſſent, eodē die, quo

ſup-

ſupplicio erant afficiendi, manę Sacratiſſimū Domini Ieſu corpus præberetur, quod cum & ipſi minus deuotè, necis iam iamq; inſtantis terrore, ſuſciperent, & id non ſine aliquo ſanctiſſimi Sacramenti cõtemptu multas ob cauſas, quæ cuilibet rem diligenter conſideranti facilè poſſunt in mentem venire, fieri videretur, Epiſcopus ſic egit, tam cum clariſſimis Prętoribus quàm cū fratribus ſocietatis iuſtitię, vt decernerent capite damnatis pridie quā morte mulctarentur, euchariſtiam afferri.

Eius præterea diligentia de communi omnium monaſteriorum cõſenſu, ſtatutum eſt, vt ad conſolandos eiuſmodi homines ſingula monaſteria mutatis vicibus, binos ex fratribus mittant. ordinatim autem quoties damnatus eſt aliquis, vocantur à parocho fori. qui licèt fratres illi ſocietatis iuſtitiæ non deſint officio ſuo, tamen vnà cum eis coniuncti commodiùs ea præſtant, quæ in eiuſmodi munere deſiderãtur. Quinetiā eiuſdem opera pia quędam extat cohortatio, qua verbis amantiſſimis, & grauiſſimis commonentur, vt libenter pro iuſtitia in domino moriantur.

Singulas vrbis eccleſias quotannis ſolet Epiſcopus aut ipſe viſitare, aut certè per vicarios ſuos viſitandas curare. Inter viſitandum autē datur opera, vt diuino cultui ſatisfiat, vt capellæ pro cuiuſque inſtitutione decentes apparatus, & res alias neceſſarias habeant; ut ædificijs conuenientibus, & ornatibus muniantur, & deco-

decorentur;omnia deniq; præſtantur, quæ in libris, q hac de re ſunt inſcripti, præcepta ſunt, quæque paulò poſt in reliquæ diœceſeos viſitatione commemorabimus: generalem enim ruralium eccleſiarum viſitationem tertio aut quarto quoque anno, ac frequentiùs etiam & ſingularis alicuius partis(ſi res ita poſtulet) ipſe facit, pauciſſimis illum commitantibus, ne cuipiam grauior ſit. Quanquàm vbique, & ſemper ita parcè modeſtè, ac frugaliter viuit, vt eum decet, cuius vita cæteris tanquàm exēplar debet eſſe propoſita. Itaque res eò iam facilitatis, & ordinis perducta eſt, vt minimo cū viſitatorum ſumptu rectè fieri poſſit; quare ſingulis annis curat, vt per vicarium, aut per alios ſuo nomine viſitentur.

Inter viſitandum de vita, moribus, ſtudijs, ac diligentia Sacerdotum, eorum præſertim, qui animarum curam gerunt, accurratè, cautè, ac prudenter inquiritur. Quòd ſi inſigni quoniam crimine deprehendantur, pro meritis corriguntur, & caſtigantur; ſi nolint reſipiſcere, dimittuntur, negligentiores aſſiduis mādatis, & exercitijs in officio continentur. Diligentes, & probi præmiis, & cohortationibus ad maiora complectenda præſtandaque concitantut.

Iubetur, vt eccleſiarum, & ædium inſtauratio ne negligatur, ut paramenta, calices, tabernacula, altaria, palæ, & id genus alia diuino cultui conuenietia neceſſariaque comparentur.

à pro-

à procuratoribus ratio prouentuum, fabricarum, diſciplinarum, & ſocietatum exigitur; ac ſi quid in rem ſuam conuerterint, cogũtur reſtituere, conſtituunturq; homines probi, quibus eiuſmodi prouentus & pecuniæ tutò credi poſſint, iiſque mandatur, quibus in rebus, vt magis vtilibus & neceſſarijs, ea ſint inſumenda.

Publici obſtinatiq; peccatores (eorũ enim deſcripta notataq; ſunt nomina) conueniuntur, omneq; ſtudium ac diligentia ponitur, vt redeant in viam; quòd ſi cohortationibus non acquieſcunt, arma ſanctæ matris eccleſiæ, & alia remedia, vt ſuprà diximus, adhibentur; nihil denique inter viſitandum prætermittitur, quod ad tuendum augendumq; diuinum cultum ac religionem chriſtianam pertineat. Itaque datur opera, vt animæ diuerſis peccatorũ laqueis, & impedimentis implicitę, liberentur & abſoluantur: & mores, qui ad populorum ſalutem, Deiq; gloriam ſpectent, vbiq; diſſeminentur. Diſcordiæ domeſticæ & matrimoniorum diſſenſiones concilientur. odiorum ſimultatum, & inimicitiarum incendia pro viribus extinguantur. Sin cauſæ grauiores ac difficiliores occurrant, quàm vt pro breuitate temporis conſtitui poſſint, id ſaltem curatur, ne malum latiùs ſerpat, donec mox in vrbe & amicorum auctoritate, & prætorum, ſi neceſſe ſit (auxilio, & omnibus alijs rationibus aut penitus tollantur, aut ſaltem ita

con-

conſtituantur; vt paſtoris, ac miniſtrorum mens, & conſcientia in Deo valeat conquieſcere.

Quoniam verò inanis hic eſſet labor, niſi ea quæ præcipiuntur, ad exitum perducerentur; quicquid ſingulis in locis & eccleſijs præcipitur, diligenter notatur, dieſque commoda ad id conficiendum ſacerdotibus, aut procuratoribus conſtituitur.

Porrò cum nec ipſe Epiſcopus, nec eius Vicarius & reliqui miniſtri magna negotiorum vrbis multitudine diſtenti, valeant ita accuratè ea, quæ ruri gerenda ſunt, intueri, & animaduertere, vtrum ſacerdotes ſe rectè gerant, imperataque faciant, multos ex Archipresbyteris & parochis peritioribus & magis idoneis tanquam Vicarios & viſitatores ita conſtituit, vt quaternas denas ac plures etiam pro locorum opportunitate hominumq; conditione ſingulis eccleſias commiſerit. Hi cum earum rerum, quæ in eccleſijs ſibi commendatis iuſſę ſunt, deſcriptum numerum apud ſe habeant, aſſiduè curant, vt perficiantur; in vrbemque ad Epiſcopum, aut ad eius Vicarium, quid aut factum, aut omiſſum ſit, deferunt.

Vigilanter attendunt, ne ſpinoſum aliquid in prato ſuo negligentia, malitia ve ſacerdotum oboriatur. Proinde ſi quid rumoris audiunt, quòd ſe negligentiùs gerant, quòd legendi concionandique muneri deſint, ſacramēta minus reuerentèr ſeruent, paramentaq;

haud ita munda puraque tueantur. Quod deni que aliquid grauius admittant, primùm eos benignè fraterneque corripiunt, tum ſi fraternam correctionem aſpernantur, eorum pertinaciam Epiſcopo, aut eius miniſtris ſignificãt vt ſeueriùs emendentur. Nihil enim ipſi iuris auctoritatisve in eos hñt animaduertendi, ſed ſpeculatorum procuratorumq; duntaxat munere funguntur; qui curent, vt quæ inter viſitandum, aut alio modo iuſſa ſunt, conficiantur; quique fratres ſuos fraternè moneant, vt eos ſe præbeant, ne quid erroris aut confuſionis, cauſa ſua, in locis, gregibusque ſibi creditis, naſcatur.

Sacerdotes iuniores, & haud ita doctos, ab benè, religioſeque viuendum, & ad literarum ſtudia cohortantur: mouentque vt ad vicinos & peritos aliquos præsbyteros frequenter accedant, à quibus in ſacris literis, in concionando, in ſacramentis adminiſtrandis, in ceremonijs eccleſiaſticis, & alijs rebus ad ſacerdotale munus pertinentibus, erudiantur: quod tamen & ipſi præſtant vicinis ſuis. In primis autem dant operam, vt & in victu parſimonia, & in reliquis omnibus rebus congregationis inſtituta ſeruentur.

Inſtant & urgent, ut pueri diebus feſtis in primis illis chriſtianis erudimentis inſtituantur; utq; ſacerdotes qui nuper in hanc diœceſim ad curam animarum gerendã acceſſerint; huius patriæ mores, & inſtitutiones perdiſcãt.

licèt

licèt huic rei neq; Epiſcopus, nec eius Vicarius deſit.

Hi ter, quaterve, ac ſepius etiã, ſi neceſſe ſit, in ciuitatem veniunt, ut rerum, quas geſſerint in eccleſijs ſibi commiſſis, rationem reddant: ſimulq; ſignificent, quid inter viſitandum, de moribus, uitáq; ſacerdotum deprehenderint.

His itẽ ſi quid accidit in locis qui ipſis ſubiecti ſunt, ſcribitur & mãdatur id, ut inueſtigẽt, diſponant, & tractent, ut res cum ſacerdotum quàm minimo fieri poſſit incommodo tranſigatur. Sunt autem inter ipſos multi Notarij, ut cum teſtes ſunt interrogandi, accipienda cõſtituta, aut proceſſus informandi, non neceſſe ſit ea ſemper in urbem reijcere.

Prouectiones ad maiores, minoresq; ordines tum rariùs, tum ſæpiùs celebrat, vt res ipſa ex initiandorum uel paucitate, uel multitudine poſtulat. In his autem cum nihil canonicarum & cõuenientium ceremoniarum prętermittit, tum uerò mores & uitam eorũ, qui ſunt initiandi, explorat diligentiſſimè. In literis item, & muſicis, alijsq; rebus ad eiuſmodi gradus pertinentibus, ſemel, iterum, ac ſępius à Vicario, alijsq; miniſtris, & ab ipſo Epiſcopo de ipſis periculum fit.

Quæ quidem ut faciliùs perfici poſſint, quoties collaturꝰ eſt ordines, edictis id palã facit; vt qui eos ſunt ſuſcepturi, ſe tempore cõſtituto præſentẽt examinandos ante initiationẽ.

Nec facilè adducit, ut cuiq; manũ imponat

niſi prius eum talem eſſe perſpexerit, vt id meritò ipſius facere poſſe videatur. Vellet autem (ſi fieri poſſet) vt perfecti eſſent, ea videlicet prudentia, doctrinaque præditi, quam ſacrorum ordinum, quos recipiùnt, dignignitas exigit: tanta porrò pietate, modeſtia, charitateque ornati, quanta in illis requiritur, quibus ampliſſimum theſaurorum cœleſtium rectè diſpẽſandorum munus ſit aſſignatum, quiq; populo Dei ſint tanquam duces, qui eum, per viam mandatorum ipſius, ad promiſſam illam optatamque felicitatis patriam perducant, vt in generalibus eius conſtitutionibus eſt videre: in ijs enim planiſſimè declarantur rationes, & inſtituta, quæ cupit, iubet, & curat, vt obſeruentur, quo faciliùs vnà cum gregibus ſibi creditis & commendatis ad optimum illum omnium paſtorem, iudicem, ac remuneratorem Chriſtum Ieſum perueniant. Quæ quidem conſtitutiones quoniam librariorum typis excuſæ, iamque editæ ſunt, magno labore, quem tamen cauſa tua libẽter ſuſcepiſſẽ, mihi videor liberatus. In ijs enim tũ bonam partem earum, quę nunc ad te ſcribo, tùm alia plura tibi tuiſque non mediocriter profutura ꝑſpicies. Illud tamen te admonitũ uelim, ne fucatas in ijs verborũ phaleras requiras, ſed cãdorẽ animi, pietatis, religionis, humanæque ſalutis ſtudiũ cõplectaris; prudentiãque ac diligẽtiam imiteris. Dedita enim opera tenui ſũmiſſoq; genere orationis ſunt

tempe-

tẽperatæ; vt ſacerdotibus etiã ſimplicibus planæ perſpicueque videantur. Tanto tamen iudicio, cura, ſtudio, diligentia, compoſitæ ſunt, vt mihi non ab ingenio compoſitoris, ſed à diuturno ipſius Epiſcopi in regendis gubernandisque populis vſu, experientiaq; profectæ videantur.

Ratio quædã in primis pia, ſaluberrima, & bonis oĩbus iãpridẽ optatiſſima, nũc demum adiuuante diuina gratia, eſt inchoata, & longius in dies prouehitur & augetur, qua teneri puerorum puellarumque animi diebus feſtis bonis moribus imbuuntur, principiaq; Chriſtianæ religionis edocentur.

Pro totius autem populi commodo quindecim eccleſiæ in ciuitate ſunt cõſtitutę, quas vicini pueri, & puellæ (ſeparata tamen in loca) ſtatim à prandio conueniunt, ibique ad ueſperas vſque in ſanctis exercitijs detinẽtur.

In ſingulis enim ſcholis prior vnus ſacerdos, & vnus pro priore laicus creãtur. Conſtituuntur item quatuor aut quinque clerici laici, qui docendi munere fungantur: duo præterea qui pueros in officio & in ſuo quenque loco contineant. Quo faciliùs autem atque eadem omnes ratione inſtituantur, curatum eſt, vt dialogus quidã in quo magiſter & diſcipul⁹ diſtinctè, de Chriſtianæ fidei principijs & præceptis, ac bonis moribus colloquunt, imprimeret, & ab ipſis memoriæ cõmẽdaretur.

Nemo eſt tam alienus ab humanitate, qui

non maxima voluptate afficiat, cū hoſce puerulos audit alacriter ſe mutuò interrogantes, appoſitèque ad interrogata reſpondentes de rebus ad quemlibet chriſtianum pertinētibus: nimirum de precatione Dominica, de xij. articulis fidei, de x. præceptis, de miſericordiæ operibus, de mutua ſalutatione, de officio chriſtiani, &c.

Vbi diſcendi muneri ſatisfecerint, cantitāt, qui ſciunt; veſperas beatæ virginis, qui neſciunt canentes reuerenter audiunt: deinde Litanias nominis Ieſu, aut beatæ Virginis; aut omnium ſanctorum; denique generaliter pro vniuerſis chriſtianis, ac ſigillatim pro ſuo quoque ſtatu dominum Deum noſtrum deprecati domum dimittuntur. Cum ea tamen admonitione, vt parentibus & domeſticis ſuis, & ſibi viciſſim pacem domini precentur; ut parentum & maiorum præceptis obtemperent; vt religionem ac veritatem colant, omneque mendacium fugiant: denique vt quod ipſi in ſcholis didicerint, id domi & vbiq; candidè modeſteq; doceant.

Singulis menſibus ſacerdoti peccata cōfitētur; omni verò benignitate & blanditijs alliciū tur; vt ad ſcholas libenter ventitent. Quamquam in reperiendis hominibus, qui velint eos inſtituere & gubernare maior difficultas inuenitur; vt verum illud euangelicum eſſe videatur: Meſſis quidem multa, operarij autem pauci. Rogādus eſt autem dominus meſ-

ſis,

ſis; vt mittat operarios in meſſem ſuam. Multi tamen inuitati prouinciam non illibenter capiunt, ſtudioſeque ac diligenter adminiſtrãt.

Datur opera, vt idem à ruralibus parochis, ſacerdotibus, & clericis, & alijs probis viris præſtetur in inſtituendis pueris (vt modò diximus) diebus feſtis: & iuuenibus etiam, ac ſenibus, qui licèt ætate prouecti ſint, in rebus tamen chriſtianis nihil aut parum admodum promouerunt.

Quoniam libri, vt amici, ſi boni ſint, multum adiumenti; ſin mali, detrimenti plurimum afferunt: Diligenter attendit, ne improbi, laſciui, aut hæretici in diœceſim ſuã perferantur. Quod ſi perlati fuerint, cũ ipſi cõburuntur libri, tum ij, qui eos intulerint, aut vendiderint, acriter puniuntur.

Inquirendos item curat homines prauos, qui contra ſanam Euangelij doctrinam incedũt: quiq; ſcandala & zizanias in vulgus audẽt ſeminare, aut contra Catholicam & Romanam Eccleſiam loqui. Qui verò deprehẽſi fuerint, & grauiter mulctantur, & pœnitentias publicas agere coguntur.

Oẽs abſolutiones, ꝯceſſiones, diſpẽſationes & reliqua miniſteria ſpiritualia, qđ ad ipſum eiuſq; miniſtros attinet, gratis ac ſine vllo emolumẽto ꝑbentur. Quòd ſi pœnitentiæ gratia, aliqd eleemoſynæ cuipiam imperatur, ea per miniſtros publicos, vt oĩs ſuſpicio fraudis tollať, locis pijs, & pauperibus exhibetur. Quod autẽ

ad Cancellarium & Notarios ſpectat, pro bullis ordinum, diſpenſarum, collationumq; beneficiorum, & aliarum rerum id genus, mediocre quoddam eorum labori & impenſæ præſcriptum eſt præmium, quo nihil amplius ab ullo poſſunt exigere.

Cum apud chriſtianos excomunicationis mulcta ſit omnium grauiſſima, nec ita temerè in quenlibet concedenda videatur, morem illum, quo pro minima quaque ſumma tribuebatur, ſic abrogauit, vt eam nemini p minori dãno decẽ ducatorũ cõcedi uelit.

Eos, qui in depellendis morbis, ſuperſtitionibus, preſtigijs, & excantationibus abutũtur, inquirendos puniendoſque curat diligẽtiſſimè. Hic autem error præſertim ruri, tam longè lateq; ſerpſerat, atque manauerat, vt quanuis multis in locis ſublatus ſit, aliqua tamen adhuc alicubi veſtigia appareãt, quæ delere non ceſſat, & radicitus euellere.

Hac item ratione quorundam ſacerdotum tam urbanorum, quàm ruralium errorem ſuſtulit, qui ſibi exorciſmorum & medẽdi faſcinationibus auctoritatem ſic arrogauerant, ut ad eos, tanquam excluſis cæteris, gratia cœleſtis ipſis tantùm eſſet impertita, uulgus undique conflueret: qua quidem in re magna fraus tum ignorantiæ, tum in nonnullis etiam malitię latitabat. Sublato igitur hoc monopolio, ſtatutum eſt, ut hoc munere in ſua quiſq; parochia fungatur, nec in alterius quiſquam

quam iuriſdictionem ſine licentia audeat ir- ruere: ex quo multa profecta ſunt bona, atque illud in primis; quòd non videtur amplius tã multi, quibus perſuaſum ſit, ſibi huius mini- ſterij remedium eſſe neceſſarium.

Non minorem curam diuerſa miracula requirebant; quæ partim inſcitia, partim quo- rundam malitia frequenter diuulgabantur. cũ ſibi alicubi aut beatam virginem uiſam eſſe, aut alium quempiam ſanctum apparuiſſe di- ctitarent. Cæterum cum non eſſet æquum, aut fas, diuinæ miſericordiæ fontes, qui per beatiſſimam illam matrem Virginem, & per alios ſanctos ſæpiſſimè patefiunt, ſic oc- cluſos putare, ut non eadem nunc auxilia nobis eorum precibus ſperanda ſint, quæ ſupe- rioribus temporibus comperta ſunt: & tamẽ cauendũ eſſet, ne ſub hoc pietatis prętextu ma- xima impietatis & auaritiæ facinora tegeren- tur: Cautum atque mandatum eſt, vt nemo audeat eiuſmodi rerum ſpeciem celebrare, aut in uulgus proferre, priuſquàm per homi- nes probatiſſimos veritas ipſa cognita, per- ſpectaque ſit ab Epiſcopo.

Aduerſus inconfeſſos, adulteros, & con- cubinarios publicos ſine ullo emolumento, ſed tantùm ex officio, atque eorũ ſalutis cau- ſa proceſſus informantur. In cauſis item pau- perum, præſertim ad matrimonia ſpectanti- bus, & in quibus animarum diuiniq; hono- ris periculum agitur, idẽ prętatur. gratis enim

ſuſcipiun-

ſuſcipiuntur atque tractantur, Epiſcopus enim eas per aliquē miniſtrorū ſuorū, aut per procuratorem ſuum fiſcalem agendas curat, ac ſæpe, ne eiuſmodi cauſæ propter hominū, ad quos pertinent, inopiam negligant, & proceſſuū, & notariorū ſumptus ipſe pſoluit de ſuo Denique nunquam ceſſat, quoad iterum ac ſæpius tractatæ ritè tandē expediantur: omnes autē eiuſmodi cauſas & cancellarij, & notariorum, apud ſe deſcriptas atque notatas habet.

Omnia præterea ſacerdotia, beneficia, eccleſias, monaſteria, & oratoria, tam vrbis, quàm ruris, cum capellis, & eccleſiolis cuique ſubiectis pulcherrimo ordine in libro ſeparatim perſcripta ſunt. Hūc ille librum memoriæ gratia ſæpiſſimè uerſat, ut quid quoque in loco ſtatuendū, mandandumq; ſit, illius oculis ſe ſtatim offerat. Idē memoriæ præſidium in alijs item rebus ad religionem & ciuitatis gubernationem ſpectātibus promptum habet.

Vt multorū animæ ſubleuentur, tū defunctorū, qui legata pijs, pauperibſq; locis & hominibus aſcripſerūt, tum etiā uiuentium, quibus ea ſunt perſoluenda & exequenda, omnia legata ex priuatis & legitimis teſtamentis, q̄ vel ſuperioribus annis facta ſunt, vel quotidie fiunt, in codices magnos referenda curauit, omnemq; induſtriā, ſtudium, ac diligentiā adhibuit, vt eo tanq̄ ære alieno, qui ſunt obſtricti ſe liberent. Quæ quidem prouincia licèt dura, difficilis, & illis, q̄bus ſoluendū eſt, inuiſa uideatur,

tur,

tur; Epiſcopus tñ tanquã optimus medicus vt eorum animos, atque conſciẽtias curet; noua quotidie remedia nõ deſinit excogitare; quibus eos ad ſatisfaciendum adducat, atq; etiã cogat. Quæ licèt in præſentia auaritiæ uulneribus adhibita faciant dolorem: tamen cum ſint ſalutaria, non dubium eſt, quin paulò poſt, aut ſi minus ante, tum certè cum de corpore mortis huius liberati fuerint, medentis manũ, quã nũc oderũt, diligãt & oſculentur.

Multis iam annis Mons Pietatis inſtitutus fuit. (Sic enim appellatur quidam in hac urbe locus:) vbi ex magna ui pecuniarum, primùm ab vniuerſis ciuibus de communi cõſenſu relicta; ac deinceps & ab ipſo populo, & à priuatis ciuibus aucta, datis pignoribus cuilibet indigenti ſine ullo fœnore pecunia mutuatur. Huius exemplo fuit multis in locis Epiſcopus eiuſmodi Mõtes Pietatis, ad pauperũ agreſtiũ vtilitatẽ inſtituendos curauit, ne Iudęorũ fœnoribus & uſuris egentes agricolæ, & animi, & corporis bona pdãt: ſed mutuã potiꝰ īter ſe pietatẽ exercẽtes, Euãgeliũ illud ſeruari gaudeãt: Mutuũ date, nihil īde ſperãtes.

Reliquũ eſt, de ſocietate charitatis, quã nuper inſtituit, aliquid dicam. Cùm enim & ea, quæ hactenus recenſui, & alia multa vir ſapientiſſimus atq; optimus Epiſcopus in hac ſua adminiſtratione ad gloriam Dei, gregisq; ſui cõmodũ & ſalutem, vel bona conſtituiſſet, auxiſſet, & cõfirmaſſet: vel mala depuliſſet, abrogaſ-

ſet, &

ſet, & antiquaſſet; velletque vt hæc nunquam reuiuiſcere, ſic illa diuturna, æternaque perma nere: ſciret autem metum peſſimum eſſe diuturnitatis cuſtodem; amorem verò, & charitatem valere vel ad perpetuitatem, hanc ſanctiſſimam ſocietatẽ inſtinctu Diuini ſpiritus excogitauit, quæ (mea quidem ſententia) tãto cęteras omnes ipſius actiones antecedit, quanto ipſa charitas reliquas omnes virtutes anteit. verius dicam, eò eſt rerum, quas geſſit, & inſtituit, omnium perfectiſſima ac præſtantiſſima, quòd eas ipſa continet omnes ac tuetur. Itaque meritò eam charitatis nomine decorauit. vt enim ſi proximum diligimus, totam legem ſeruamus; ita quandiu ciuitas hæc ſocietatem eiuſmodi colet atque tuebitur, nec peſſima exempla, quæ ſummis ille laboribus ac vigilijs euulſit, & amputauit, amplius reuireſcent; & optima, quæ diligenter ſparſit, & inſeuit, inſtituta vigebunt ſemper, & fructus eximios afferent. Ad hæc, vt omnes cuiuſque generis chriſtiani charitatis vinculo continentur, ſic omnia hominum huiuſce ciuitatis genera ſocietas ipſa complectitur, qui enim Religioſi, aut Nobiles, aut diuites ſunt, laicorum abiectorum, & pauperum curam habent: qui potentia, conſilio, ſapientia valent, oppreſſos, errantes, indoctos, quibus poſſunt rationibus, iuuant. Denique id eſt huius ſocietatis propoſitum, ut nemo Deum offendat, nemo proximum lædat, ut nemo omnino peccet,

cet; nemo eſuriat; nemo rebus neceſſarijs egeant. vt omnis poſtremo ſimultas, odium, atque inimicitia tollatur, vt quemadmodum in prima illa ac fęliciſſima olim ęcclesia, in colendo laudandoq; ſummo Deo, omnium ſit cor vnum atque anima vna. Quæ quo faciliùs fiant, adiuuante cœleſti gratia, ſingulis menſibus vnum in locum Epiſcopus, Magnifici Prętores, & ciuitatis optimates cum monaſteriorum & eccleſiarum Abbatibus, Prioribus, Gubernatoribus, Concionatoribus, Lectoribus, parochis, magnaque ciuium mercatorum & opificum multitudine conueniunt. ibique inuocato Diuini Spiritus auxilio, habitaque concione rei & tempori accommodata, proponuntur ea, quæ ad honorem Dei, & proximi vtilitatem de communi omnium ſententia tractanda cōſtituendaque ſunt: tum ſocietatis Præfectus, quid eo menſe piè chriſtianeque geſtum ſit per ſocietatis miniſtros, exponit (ſunt enim in ſingulis vicis bini, quos Viſitatores appellant) quot videlicet pauperibus ęgrotantibus & medici & medicinæ, & alia neceſſaria gratis ſubminiſtrata ſint. cùm tamen viſitatorum & parochorum cohortatione prius (quod maius eſt) remedia ſpiritualia, nempè confeſſionis, & communionis ſacramenta ſuſceperint; quot perditæ adoleſcentes, quæ cum pudicitiæ periculo eleemoſynas quæritabant; quot item mendicantes pupilli ſuſcepti ſint, & probo cuipiam ciui, aut publicis Hoſpitali-

ſpitalibus traditi, & commendati. quot virgines dote per ſocietatem exhibita nupſerint. quot cum antea corpore quæſtum facerent, viſitatorum opera reſipuerint, & aut in monaſterium conuerſarũ receptæ, aut in matrimonio collocatæ ſint: quot pauperes tum pupilli, tum viduæ, in cauſis & litibus ſuis agendis gratuitos aduocatos acceperint. Deniq; ſimultates extinctas, diremptas inimicitias, & alia bona, quæ menſe proximo facta ſint, ordine enarrat, vt & clementiſſimo Deo gratiæ de benefactis agantur, & audientium animi ad maiora ab ipſo petenda, faciendaq; cõcitent.

Huius ſocietatis exemplo ruri multis in locis eadem charitatis ratio eſt inſtituta. Ex cõmuni enim ſeptem homines eliguntur, quorum ex numero prior vnus declaratur. Hi cũ parocho diebus dominicis conueniunt, vt abuſibus ſcãdalis & peccatis publicis, ut blaſphemiæ, ludi, concubinatus meretricum ſic obuiam eant, ne iuuenes corrumpantur; ac ſi qui lite diſcordia, ſimultateq; diſſideãt, cõcilient. Pauperibus item ægrotantibus, pupillis, & viduis opem ferunt ex eleemoſynis, quas ab opulentioribus colligunt: eos etiam diebus feſtis à parocho in eccleſia commendandos curant. Sic igitur ſocietatem hanc præſtantiſſimam, de qua ſuprà diximus, pergunt imitari. Hic enim Epiſcopus vniuerſi gregis amantiſſimus, & omnium ſalutis ſtudioſiſſimus, viros religioſos & concionatores euangelicos